CLASSICVM POENITENTIALE,

THOMA KINGESMILLO auctore,

olim Socio Coll. Magdalenensis & nonita pridem Hebraicæ Linguæ in alma Academia Oxon: professore regio.

OXONIÆ

Excudebat Ios. Barnesius Prostant Londini apud Simonem Waterson in cæmeterio ædis Paulinæ. 1605.

46
12
636.7

POTENTISSIMO MONARCHÆ
IACOBO, *maioris Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ Regi.*

QVIS *det* vt ſperari potius quam optari poſſit, vt in hac conſeneſcenti orbis ætate, omnia quæ literis cõſignanda in lucem veniũt, quemadmodũ ſumma ferè anxietate & ſolertia ſcribuntur, ita pari cum fide & relligione legantur. Atq; illi quidem ſcriptores pariter & lectores magis mihi mirandi quam morandi videntur, qui magnis reip: tẽporibus (cum bella, fames, peſtes, terræ motus præter ipſum mundi finem imminent) hi tamen tanquam ad menſam & non ad militiam compellaturi ſcribunt, iſti quaſi convivæ ac non milites futuri legunt. Vnde fit vt dum afficiuntur modò qui ſcribunt, reficiuntur modò

qui legunt, vtriq; operam & oleum perdant. Longè alius mihi animus (Rex inviĉtiſſ.) qui ea tantùm, quæ vera, fidelia, veracia & incumbentia, his pagellis ſum allaturus. Duo ſcripſi opuſcula: Alterum de ſcandalo: de claſſico pœnitentiali alterum. Illud pacis, hoc belli ſymbolum eſt. Quæ vt nomini regio conſecrarem, fiduciam tribuit, libellis in publicum editis quaſi tabulis conſignata & conteſtata, pietas tua. Quum enim in ſumma poteſtate divitiæ ſint litteræ, immo vero delicię: ſpes ſit poſſe vigilantes in pietatibus & litteris, cum honoratiſſimis & locupletiſſimis certare, vtrũ noſtræ lucubrationes, an iſtorum xenia, gratiores ſint futuræ. Atq; has tamen duas chartulas (niſi ſperarem pietates quam litteras redolere fragrantiùs) domi aſſervandas putarẽ. Longe enim mihi alia mens eſt, cum exilitatẽ privatam intuear, ac cum Maieſtatem tuam reverear, adeoq; regnorum extirpationes, vrbiũ diſſipationes ipſiuſq; orbis ægritudines cum propheticis vaticinijs, illis, quæ me ſervulum Domini præter cæteros vinctum atq; obnoxiũ tenent, conferendas cenſeam. Enimvero in

max-

maximum rerump. atq; ecclesiarum detrimentum evadit, cùm sanctis Dei viris altum silentium de rebus, quæ atroces & penetrantes sunt, insitum sit. Quandoquidem enim Academiæ & scholæ, bellis, fame, peste, terra mariq; sæuientibus, sole in tenebras, Luna in sanguinem transmutandis, adhuc etiam antiquum obtineant, dogmata modo discutiant, ænigmata solvant, nec formidinem ex incumbentibus malis incutere suum putent: Qui cum Io. Bapt. per appropinquationem 2di. aduentus Domini citauerit ad pœnitentias, lumbos accinctos, lucernas accensas accersiverit, adeoq; hæc tempora in occursum æterni sponsi, nouam vitam, nouos mores postulare clamauerit: Hunc ego, licèt non vt Petrum piscatorem sed vt plane piscatorem, non vt lingua impeditum Mosem sed vt lingua impeditum, licèt non vt Paulum rudem sermone sed sermone rudem, de toto pectore perhorrescendis adeoq; instãtibus Dei iudicijs, vel clamantẽ, vel loquentẽ vel scribentem ferendum à regia celsitudine optarem. Porro cum sublatis litteris aliud volumen aut Alphabetum quam ipsam רקיע

expansionem & stellas non habeamus; quũ aliunde de rebus diuinis non innotescat, nisi per cœlorum aut librorum consignationem; quum insuper litteræ, plusquam cœlum, omnesve creaturæ, penetrabiles vsq; ad animam sint: ex quo Deus mundo biblia commiserit, mundi vero cvis de libellis & chartulis prospexerit: amplius exilitatem meam causari nec potui, nec volui, fortassis etiam nec debui, quò minus prementibus hac ætate ærumnis longe omniũ grauissimis in his pagellis progrederer quę vtinã propitiatione regia dignę essent, & dignatione Regis regum, cui litantur; in quibus tria olera, vel tres vnctas patinas Maiestati regiæ affero & offero; pietatem, munificentiam, patientiam. Nam hæc tria (nisi quis de cœlestibus ac non sublunaribus & presentibus instet) omnibus (quæ fas est regi optare) anteferenda sponderem. Quorum pietas ad Deũ, munificentia ad proximum, patientia ad hominem infestum & hostem, videtur pertinere. Atq; de pietate (quoniam is est exorsus scriptionis huius) viderit mens regia, quã sibi mentem suscipiendam putet.

Pri-

Primũ itaq; audiendi nõ ſunt qui pietatẽ minime regiã aut heroicã autumant: qui (ſi hac vita ſine ęterna fruitas eſſet) facilè non carnem modo et ſanguinẽ, currus & equos, ſed & aurũ & obrizũ, cæteraq; emblemata & toreumata pietati anteferrent. Verum cum hæc vita ſit ſecũdum Hębraicam veritatem חיים, hoc eſt vitæ pluralitatem vel dualitatẽ inſinuans: quũ non ad vitam, ſed ad vitas, id eſt, ad hanc vitam & æternam naſcamur: nihil eſt cur vllæ diuitiæ aut delitiæ citentur, ac ſi quicquam tam dignum ſit aut affluens, tam eximium aut expetibile, quod non diſpareat aut ferat deliquium, vbi cum pietate conferatur. Moſe nihil mitius, Ioſua nihil potentius, Samuele nihil ſanctius. Siquidem plena potentiæ & fœlicitatis eſt pietas, vt quę ad Moſem, Ioſuam, Simeonem, Sampſonem, Gedeonem, Samuelem ſacratiſſimos reges, & iudices priſcæ vnctionis, inclytos huius æui reges proxime faciat accedere; cuius cuſtos eſt fortitudo, dux fides, magnes modeſtia, oleum ſolertia, comes abſtinentia. Accipe (illuſtriſſ. Rex) ſpectatiſſima encomia & rege digna. Non potentia ſed pietas Gen. 2. v. 7.

tas: non voluptas ſed virtus: non fortuna ſed fama: non flos ſed fructus: non vinum ſed veritas. Brevia hæc ſint, aveant paronomaſiam; Tropos non ſectamur. Accipe idcirco non minus imbibenda, magis diſſona & æque regum propria. In maximo honore minima licentia eſt: Id quod licet, non illud quod libet: Hoc tantùm poſſumus quod iure poſſumus. His accedant tria illa Perſarum eulogia, *Res potentiſſima eſt vinum: Res potentiſſima eſt mulier: Res potentiſſima eſt rex.* Siccine vero certãt de imperio vinum & mulieres cum regibus? Quibus vino vel mulieribus ſuccumbẽtibus, omnia volumina & hiſtoriæ, nec ſolum Prophetarum & Apoſtolorum reclamitãt. Ex quo illa inclamatio reginæ ad regem, matris ad filium: *Quid, fili uteri mei? Quid fili votorum meorum? Ne des mulieribus robur tuum, & vias tuas ad delendum reges. Ne des regibus, ô Lemuel, Regibus (inquã) bibere vinũ & principibus ſiceram, ne obliuiſcãtur legis conſtitutæ, aut peruertant cauſſas omnium afflictorum. Damnatis date ſiceram, & vinum his qui amaro ſunt animo, vt obliuiſcãtur inopiæ, & calamitatis non vltra recordentur.* Huc accedit illa tam vehemens vocife-

Eſd. 3. v. 3.

Prov. 31.

ratio

ratio, qua Eccleſiaſtes terris & regnis interminatur dicens. *Væ tibi â terra, cum rex tuus puer eſt, & principes tui manè commeſſantur. O te beatam regionem, cum rex tuus generoſus eſt & tui principes ſuo tempore comedunt, ob vires reficiendas & non ad ebrietatis.* Terra fœlix & infœlix per Reges & Reges pronunciatur. Infœlix per reges qui vino, mulieribus & antelucanis cõmeſſationibus inhiãt: Fœlix per reges qui per abſtinentias præclaris & eximijs ſolertijs ſtudent. Laudãda iure eſſent (ſi non virtus potius quam fides, corpus potius quã anima illis curæ fuiſſet) priſca vel Romanorũ vel Numidarum ingenia, qui (vbi luxui atq; inertiæ ſe corrũpendos nõdũ dederunt) equitare, iaculari, curſu cum coævis certare, pleraq; tempora in venando agere, leones atq; alias feras ferire inſueverunt. Quid igitur eſt? An vero pia mens à Deo edocta, fide Chriſti imbuta, ad hęc antiqua & Gentiũ certamina reges & principes incitet? Monent hęc tempora ab his ipſis quæ generoſa ſunt & decora; Ad Claſſicum Evangelicum, ad Canticũ Moſis, ad dechacordum Davidis, ad gallicinium Petri, deniq; ad montem Sinai & ad montem Sion

Eccleſ. 10.

Saluſt. bell. Iug.

sion concertandum & confugiendum. Ettamen bellicosa ingenia atq; certamina, propter bellicosa tempora sustinenda esse quis neget? Interim vero (detur enim venia, de bellis, propter hos dies in quibus bella vbiq; terrarum exarserint, omnis sermo insonet) flos & robur rerump. doceatur, quam graues & efficaces causæ sapientissimos viros commoverint, vt iniquissimã pacem iustissimo bello anteferrent; & quàm non solum pietatis, verum etiam consilij sit, causa cadere, de iure optimo discedere, improbas contumelias (vt olim Fabius Max.) sufferre & perpeti potius quam bella aut protrahere, aut sustinere, aut indicere. Dulce bellum inscijs; qui non nisi maximo suo malo senserint, adeo ominosa armorum initia, incrementa tam horrida, exitus tam exitiales: vt non spes victoriæ, non propagatio imperij, nõ vbertas regionis, non loci propinquitas, non formido mali, postremò non quod bonũ, fœlix & faustum, sed neq; semper, quod æquum dignum & iustum sit, bellum satis legale aut fœciale faciat; adeoq; in hac mundi ægritudine obtineat, vt solummodo ea sint bella iusta

Cic. off.

quæ

quæ ſunt neceſſaria. Non eſt, non eſt laus hominũ ſed morbus temporũ iſtorum, quòd hæc nec ita pridem fuerit ætas dives opũ ſtudijſq; aſperrima belli. Cæterum opes & ferrum, ferroq; nocentius aurum partim mare iam continet; partim corpora mortalium aer et foſſa ſepeliunt. Quocirca, homines paci, ſed & pietati ſtudeant, profanæ de armis voces, vt intempeſtivæ ſic improvidæ & importunę ad ſilentiũ redigantur. Extruxit templum Iehovæ Salamon, vir pacis, quod non licuit Davidi quia bella gereret; vt proſpiciatur nihil tam officere auſpicijs exurgentis eccleſię quam bellorum grauamina. *Nam & nunc intelligite ô Reges, erudimini qui iudicatis terram.* Diſcite à Salamone vel potius à Dauide, qui iuravit Domino, & vouit potenti Deo Iacob. *Male ſit mihi ſi tabernaculũ domus meæ ſubiero, ſi conſcendero ſpondam lecti mei, ſi conceſſero meis oculis ſomnum aut palpebris meis dormitionem, donec inueniam habitaculum potenti Deo Iacob. Adeamus habitacula eius & adoremus ſcabellũ pedũ eius. Surge domine, perveniure ad requiem tuam tu & arca fortitudinis tuæ; ſacerdotes tui iuſtitiam induant, & homines tui benigni*

Virg.

Pſalm. 132.

iubilent. Hucvſq; Pſalmiſtæ theſes: in quibus quàm ſunt omnia pathetica? quantæ energiæ? quòd ſtudium? qui zelus? quanta anxietas? Iurat, vouet, præſtructura habitaculi Dei Iacob, quod non tecto, non lecto, non ſomno, non oculis, nó palpebris pepercerit. Secundò autem ſcriptum eſt *Adorent eum omnes reges terræ. Adeamus (inquit) habitacula eius, & adoremus ſcabellum pedũ eius. Adhuc ſcriptũ eſt. Surge domine peruenture ad requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ*, Nam hic qua lætitia? quibus gaudijs? quanta cum voluptate, cũ ſanctis et ſacerdotibus Dei Rex exultat atq; triumphat? De qua re multa ſcribenda eſſent, niſi de tali themate rege digno libellum orbi peruagatum & percelebratum Anglia nunc fœliciter reciperet, cuius auctoritas Anglorum obſequium, angelorum forte encomium aſciuerit. Quoniam porro Angli nõ angeli ſumus, agnoſcamus vnctionem, reſciamus vnguem, reuereamur calamum regium.

Pſalm. 49. *Eructat cor meum verbum bonum, dicam opera mea Regi*: ſed cõprimo me; ס cum meſſoribus & nautis ſubditus in celeuſmate clamabo: cum muſicis & Pſalmiſtis סלה canam, & in re quæ

eſt

est supra fortunã meam, indicam mihi silentiũ. Venio ad versũ sectionis meæ vltimũ, vbi sic legitur. *Sacerdotes iustitiam induant & homines tui benigni iubilent.* O præclarũ illũ diem in quo reges cum sacerdotibus, benignis & sãctis Dei, in sancto fœdere & nexu iunguntur. 4. Regum 12. notantèr dicitur: Iehoas regem *fecisse rectũ in oculis Dei cunctis diebus, quibus direxit eum Sacerdos Iehoida:* Annaliũ autẽ 24^. non obscurè ostẽditur, eundem Iehoas regẽ cum principibus Iud[illegible] mortuo sacerdote Iehoida, defeciſſe vlque ad lucos & idola, & vsq; ad necem Zachariæ Prophetæ. Iubente enim rege, Zacharias cùm Propheta, tum filius Iehoidæ occiditur. Quoad vero mens humana spacia præteriti temporis poterit respicere, aspicere præsentia, futura prospicere in altissima meditatione, nullũ rudimentũ insignius exorietur aut illustrius, quam vbi omnia fœliciſsimè Ægypto (vigente apud Pharaonẽ Iosepho) succederent, omnia contra infœliciſsimè evenirent, vbi novus Pharao ac nõ novus Iosephus nascerẽtur. Viget apud Iehosophat Amazias, apud Asshuerũ Mordochęus, apud Nebuchadnezarẽ, Cyrum, Dari-

um Daniel. Hinc Aſhuerus ab internecione Pop. Iudaici abſtinet & horret. Hinc Artaxerxes deliberationem init de extruẽdo templo Dei. Hinc Nebuchadnezar poſt tantas importunitates colit Deũ cœli. Hinc Cyrus, vt proſelytus aut Catechumenus, diſperdit Idolũ Babyloniorum. Hinc Darius edicit vt omnes adorent deum Danielis. In hac ſerie regum ſolus Iehoſophat ſtat in ſanctimonijs Dei & ſibi conſtat. Cæteri enim, minus à ſanctis Dei viris ſuffulti, vacillant & concidunt. Hoc igitur optimi conſilij, hoc pietatis, hoc ſapientiæ eſt ad ſũmas poteſtates ſancta præſidia per ſanctos, viros adhibere. Nam ſi quanta de corporibus vt ſana, tanta de animabus vt ſanctæ: ſi quanta de rebuſp. vt floreant, tanta de eccleſijs vt prę-luceant: ſi quanta de terreſtribus voluptatibus vt mundo, tanta de cœleſtibus divitijs vt Deo vivatur, cura ſit; quẽadmodũ olim Agamẽnon vnum Neſtorem citius quã decem Aiaces petebat, ſic ſũma poteſtas, quę maximam ſitit cautelam, vnũ inclytum & ſanctũ Dei virũ pluſquam vel ipſum Neſtorẽ, qui intimet cõſilia fideliſsima, vel ipſum Solonem qui ſanci-

ta

ta ferat ſaluberrima, vel ipſum Scipionem qui bella gerat formidoloſiſſima, ſibi in cõſiliũ adhibebit. Nam quo tandem illę leges? Quo conſilia? Quo ſtratagemata, ſine igne & ſale pietatis & fidei (de quibus eſt in evangelio, *Omnis homo igne, & omnis victima ſale ſalietur*) evadent? Scriptum eſt: *Appropinquate domino & appropinquabit vobis*. Iam vero appropinquamus domino per pietatem: quæ cum puram mentem ad Deum colendum ante omnia afferat, in Regibus omnibuſq; ad gubernacula rerump: ſedentibus eam puriſſimam deſideramus. Tua vero pietas (Nobiliſſ. Rex) cum omnes ad pietatem inſtimulet: vt non ſit quiſquam, qui auſit præſtanti pietate Regi, & maximi animi viro, præterea ſuggerere, vice hortatiunculæ huius, qualis ſit res hoc cœleſte Manna & ſemen Coriandri, ex his comparatis reſciat pietas tua. Primum itaq; vera pietas, non hoc ipſum quod in eximijs viris fulget aut ſplẽdet, ſed ipſam vitam omnibus ſanctimonijs munitam profitetur. Non alit habitũ vt ſciẽtia, non actiones vt iuſtitia, nõ militias vt patientia & fortitudo: ſed iſtis quaſi fuſis & fugatis, quaſi Math. 9. Iac. 4.

decimis evãgelicis nõ recuperatis ſed reentis, nõ ove inventa ſed nõ amiſſa, ipſa Margarita quã deperit mercator in evangelio, ineffabili gaudio ſed tamen inviſibili, perfruitur. Omnes omnia bona dicere, omneſq; virtutes regi gratulari. *Vbi iuſti imperitant eſt lætitia populi*: inquit Salamon. Cæterum pietas abſcõditus eſt theſaurus, ſpei & fidei plena, quæ iuſtitiæ mercedes aſſequuta, ſedet in puppi quieta, & mũdi, qua ſi maris, fluctus prętervecta, ſecura navigat. Ita fit vt dum ipſa iuſtitia mundũ modò & regnum terreſtre affecter, vt quæ improbitates, omneſq; (vt vno verbo dicam) ἀλαζονείας coerceat; ſcientia inflet; fortitudo feruentior ſit; hæc nihil præter ſpirituale & æternum redoleat. Nunc vero iuſtitia, fortitudo, ſciẽtia mortales mortalibus impares faciunt; pietas gaudet ſi humilis fiat. Noli eſſe iuſtus nimis, ne plus ſapias (inquit ille) ego vero, ne plus ſæuias quam neceſſe eſt. Cæterũ nemo poteſt eſſe ſupra modũ pius. Scientia omnes anteibat Salamõ. Itaq; a cedro vſq; ad hyſſopum diſſerere potuit. Pietas non diſſerit, ſed aut ſola eſt, aut conſortem avet humilem. Vt omne tuberculũ

in

in corpore, sic omne tumidũ in vita in vitio est. Superfunt itaq; modestiæ & temperantiæ (virtutes leniores & humiliores cum sint) quæ certent de imperio cũ pietate. Laudantur in Regibus modestiæ & temperantiæ; quid ni laudentur? Miramur itidem reges qui abstinentijs & disciplinis infinitos & effrenos luxus coercent & comprimunt: quid ni miremur? Interim mens præstabilis, ad pietatem instituta, præiudicatam animã immodestijs atq; intẽperantijs facit & tradit. Nam si amplissimæ sortis viri in consilia cogitationum adhibere velint, quo fructu aut detrimento, quo exemplo vel scandalo, dicta, facta, moresq; omnes divulgent, & ad famã cõmittant, næ illi vinũ & mulieres non adversabuntur? num reddent mulieribus & vino robur suum? Cum nullum eorũ præter cæteros obscurũ esse possit aut dictum aut factum: num præter cæteros lusui & luxui sibi insistendum putabunt? Scriptum est, *Hæc est voluntas domini, sanctificatio vestra. Scriptum est. Estote sancti sicut ego sum sanctus. & adhuc. Qui sancta sanctè custodiunt sancti iudicabuntur, nec personas respicit Deus.* Adhuc scriptum est. *Hu-*

1. Thes. 4.

1. Pet. 1.

1.Pet.1. *miliamini in conſpectu Dei, & ipſe vos exaltabit.* Nã
Sap.6. & vos (ô reges) humiliamini ſub potenti manu Dei, vt ipſe vos exaltet. Nã vt taceantur cætera, quod dicitur (*hæc eſt voluptas domini, ſanctificatio veſtra*) perinde eſt ac ſi diceretur: Hæc eſt
Iac.4. voluntas Dei, pietas veſtra, religio veſtra, ſanctitas veſtra, humilitas veſtra. Habete ſalem in vobiſmetipſis, habete pacem inter vos, dicit
Mar.9. Dominus. Nam quod fuit arca fœderis in ſacro tabernaculo: quod virga Moſis in Heremo: quod fuerant Vrim & Thummim in ſacerdotali pectore: quod ros terræ: quod aer vitæ: hoc ſunt ſales & ignes evãgelici, Sp: ſancti gratiæ & fragrantiæ in ſermonibus & dictis, in ſtratagematis & factis, in conſultis & conſilijs, in rebuſp: & eccleſijs. Quæ niſi hoc ſale, hoc igne, hac luce, poſtremò hoc ſpiritu, condita, illuſtrata, regenerata ſint, proh dolor, quãtæ tenebræ? *Lux orta eſt pijs; Impiorum vero lucernæ extinguentur*. Religioſus & qui Deo fidit in portu, vt navigat, ſic pugnat, ſic ſatagit, ſic re-
Eccleſ.2. git; ſic regnat. *Religionem colenti bene erit ad extremum, & idem die obitus ſui beabitur.* Quamobrem (Auguſtiſſ. Rex) amplectere (ſuſtinens

fa-

famam & fidē quę de celsitudine tua cōcitatæ sūt) pietatē, vt vitæ mortisq; coronā. Pietas regia, via Regi cōpendiaria est ad cœlum, (fere dixissem) regia. Neq; enim vnquam solitaria est, oriunda à fide, ab humilitate indivulsa, magna virtutū caterva septa atq; munita. Portas cœli simul pulsant pius, humilis, & pœnitens. Sine his pietas esse non potest; sine pietate nec istæ. Satis spei, satis gloriæ, satis præmij cum his, sine cunctis rebus terrenis, habebit pietas, *vt quæ promissiones habet vitæ cùm præsentis tum futuræ.* Hæ virtutes à cœlo sunt, ibi patriam, ibi coronam, ibi victoriam habituræ. Verū ne humilis sermo iste præfationis modū excedat; & quoniam de munificentia quoq; digna celsitudine regia, & postremò de patientia agendū est: provoco ad pietatem tuam, vt nō tā pia legendo vel audiendo, quā faciendo sequendove quæ verè pia sunt pręstet & promoveat; neve minus regiū putet קְהַל רַב vt est apud prophetam *congregationem magnā*, templa quævis sacra & auctoritate & præsētia Regia honestare. Supersunt duæ virtutes mihi in themate selectæ, *munificentia & patientia*, quæ Psa. 22. v. 24

nunc diſpiciendæ videntur.

Proxime idcirco vt de munificentia exilis hæc pagella meditetur: magnificentiam licèt potius quam munificentiam decere regem nõ diffitear: attamen vbi publicum bonũ & non privatũ decus: anima & non perſona: cœlum & non ſeclũ ſpectatur: nemo iure miretur, ſi regem potentiſſimum, ad munificentiã potius, quam magnificẽtiam cohorter. Primũ namq; toto cœlo errant, qui φιλανθρωπίαν & εὐδοξίαν concedunt, charitatẽ & ἐλεημοσύνην regibus negant. Deinde nulla gravior eſt, quã illa multorũ hęreſis, qui nihil niſi cum honore & optima fama regibus enitendum putant. Pia humilitas, natura quæ nunquam mutat vim ſuam, vita quę abſcondita eſt cum Chriſto Ieſu, evincunt, à ſummis viris (quemadmodum ab hominibus nihil humani) ſic vt à Chriſto tenetur, nihil chriſtiani alienum eſſe. *Perſonas non reformidat qui recte iudicat.* Non vnde ſis ſed qui ſis, non quantus ſis, ſed qualis, non quam potens ſed quam pius. Pulchrè Socrates quærenti de rege Perſarũ, an beatus eſſet: Ego neſciam (inquit) cum neſciam quam ſit doctus quam ſit

Sap. 6.

vir

vir bonus: perſimiliter ſi quis ſciſcitetur de ampliſſimo rege, ſit ne ſatis fœlix; cũ Socrate vir Dei reſponderit. Egone ſciam, cum neſciam quam ſit pius, quam benignus, quibus virtutibus excultus atq; ornatus. Porro implorans impetrem, detrem qui ſpẽ dedit, fœlicitatem imo veram beatitudinem, non eam, quæ eſt illuſtris, egregia, ſplendida, ſed eam quę eſt ſancta, pia & multis profutura, cenſeri oportere. Quare Salamon: *ſolium regale beneficentia odioq; avaritiæ firmatur. Beneficentia (inquit) & fides ſervant regem, beneficentia ſuffulcitur ſolium eius*: & Prov.20.
rurſus. *Qui beneficentiam & iuſtitiam ſectatur inveniet vitam, iuſtitiam & gloriam*. Prov.21.
Quod ipſum æterna quaſi lege, ore & acraomate Danielis ſancitum eſt, dum affatus Nebuchadnezarem, *Probetur tibi inquit, ô Rex, conſilium meum: Peccata tua redime iuſtitia, et iniquitates tuas beneficentijs in pauperes, ita erit medela erroris tui vel prorogatio pacis tuæ*. Dan.4.
Dan.4. verſ.24.
עני vox æquivoca ſicut pauperes ſic quoſvis modo humiles demonſtrat, vt non ſolum muneribus quæ in manum dentur, ſed & ſuppetias ferendo, vt ægrum & ſe rigantem lacrymis Dauidem: cœcum atque

emaceratum Tobiam, vicinum morti vicinũ ſublevando, in ſpe centupli, trigecupli, ſexagecupli & ipſi reges Deo fœnerentur. Nam Rex regũ peregrè profectus, non repetet (credo) talenta tradita regibus. Nã quo tandem (Deus bone) periculo? Quo ſalutis naufragio? Quo detrimento theſauri reconditi, qui cum regibus tam grandes ſunt, & ponderoſiſſima talenta quæ ſunt in terris ſubducentur Nũmularijs? contrahent rubiginẽ? ferent diliquium? Quę cum ita ſint, vbi è ſãctuario pietatis mens regia miſerorum meminerit, adeoq; hos fame & algore correptos, morbis aut ærumnis exacerbatos, illos ab hoſtibus per obſidiones & impetus, ferro, flammis & fluctibus circumarctatos vel circumactos; alios abreptos, captos, & nunc captivos in tellure peregrina (quod pietatis fuerit meminiſſe vſq; non ſolum ad humanã, ſed quoad Chriſtianã condolentiã) ecquid erit animæ conducibilius, ecquid homini melius vel rege dignius, quã vt condolentiæ, cogitatio de beneficentijs (quales in opulentiſſimo rege deſiderantur) accedat, quæ amaritudines atq; indignas perpeſſiones, vel refocillet,

let, vel ſanet, vel coronet. Da hoc manſuetudini, quod negas magnitudini. ô quantum eſt (clamante Ambroſio) deponere terrorem potentiæ, præferre ſuavitatem gratiæ? Clamant cræ paginæ chirographa quibus Rex pius permotus in hac mundi canicie, aurum & argentum, vt vberius ita ſubmiſſius quam pro maieſtate regia, impertiatur atq; emetiatur, ex quo non tam ſubditos fideles, vitam prolixam, imperium ſecurum, domum tutã, exercitus fortes, quã (vt teſtatur evangelium) amicos in domino Ieſu, vt homini peccatori (qui & ipſe in hac peregrinatione quę ducit ad cœlum, vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, colas) fidos propitioſq; facias &c. Maieſtas regia maieſtatem regiam ſuo tempore abneget; nec non per humilitatem atq; fidem, regibus vt divitibus ſcriptum putet. *Agite nunc diuites, plorate & vlulate ſuper miſerijs veſtris quæ ſuperuenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: veſtes veſtræ a tineis corroſæ ſunt: aurum & argentum veſtrum ærugine vitiata ſunt, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & exedet carnes veſtras ſicut ignis.* Iã vero facile huius avaritię crimen in obſcuros & fu-

Amb. de obitu Theodoſij.

Tertull. in Apol.

Iac. 5.

moſos

mosos, à claris & illustribus viris transfertur.
Tertull. Late vero (vt verè Tertullianus) sacra scriptura diffunditur: Affatur divites ideirco & reges. Animus meminisse horret luctuq; refugit; Verum (vt alma pace bonaq; cum venia confitear) nulla videtur in vniversa hac commination̄e thesis, quæ non reges, eosq; præcipuè possit complecti. Nam singulorum divitiæ, quæ putrescunt, ploratum & vlulatum accersunt & ipsis & multis: sed dispari omine, impari formidine, dissimili infortunio; Quorū fluenta vt parva & pauca sunt, ita parvis & paucis coincidunt. Conferat autē magnificus Rex bona regia, ea quæ tineæ & ęrugini obiecta sunt, in publicos vsus & tēpestivos; et (quod
Sueto de Augusto refertur) remp. quā lateritiam invenit, marmoreā reddet. Rursus si Rex pius divitias, quas facile supereroget, quibus, quādo, vbi & per quos oporteat, (nam res non charitate solū, sed etiam solertia indiget) dignetur impertiri, beneficiū & fructu & exemplo, & lętitia & memoria gratū, cùm his qui nunc sunt, tum his qui nondum nati sunt, conferet; vt vix vspiam sit in literis sacris vel profanis, quod tā

ad

ad publicum vniverſorum emolumentum, ad ſingulare pietatis privatæ incrementũ extricetur, quàm ſi reges caverint, ne in ipſis impleatur, quod ſcriptum eſt; *Agite nunc divites, plorate & vlulate &c.* Male ſecum aget vel potentiſſimus, vel pręſtantiſsimus, qui aleã ſortis ſuæ è ſacra pagina exemerit; quandoquidem in hoc ſacro volumine, ſublimes humiles, divites pauperes, docẽtes diſcẽtes, viri & fœminæ, ſuum quiſq; & quæq;, vel dimenſum, vel opus, vel onus habeant. Atq; hoc, cum cæteris qui affluentiores ſunt, dimenſum veſtrũ eſt, (ô Reges) vobis citantur duo vel tres teſtes, tinea ærugo, vetuſtas: veſtris theſauris videte ſitis ne iſti teſtes inhabitent: vos eſtis qui reſerare ſaculos evangelicos: vos qui gazophylacia domini viſere & ſatiare, & poteſtis & debetis. Hoc in rerump. decus: eccleſiarum ornamentum: populorum lætitiã: bonorũ applauſum & triumphum cedet. Iacentes literæ, exulantes virtutes, intermortuæ pietates novis honoribus et præmijs quaſi novis imbribus, repullulaſcẽt, reviviſcent et refloreſcent. Non minus vetus quam verum eſt: Honos alit artes, & præmia

Iac. 5.

virtutes. Sed enim cum præmia & honores ferè in excultiſsimos & florentiſsimos effundantur, qui mundum non cœlum affectant: caulã cœli acturus Eccleſiaſticus, monet vt cum benefacis, pio benefacias, quo reportetur pręmiũ, ſi minus ab ipſo, certe ab Altiſsimo. ſcitè Seneca. Non quid detur, ſed cui, videris. Olim aureum pomum cœlitus dimiſſum in manum filij
Ovid. Regis fabuloſum fuit: Nunc autem aurea dimiſſa eſſe in manum regũ cum his Epigraphis (Dentur pulchriori) & ſerium eſt, & tempeſtivum & verũ. Talem vero Epigraphen ſagacius ſæculum corrigit dum inſculpit (Dentur digniori) quæ cenſura irrefragabilis eſſet, niſi è mundo eſſet: Cum enim (quẽ mundus non quem dominus dignũ eſſe putat) dignus cenſeatur: qui inſculpunt (Dentur digniori) id videntur dicere: Dentur antiquiori, fortiori, acutiori, ſplendidiori vel eminentiori. Iam vero inter ἀλλήλους eſt antiquitas: ferventior plerumq; eſt fortitudo: eſt & in bonis acumen & in malis: ſplendor vt fulget, ſic fingit: Quod eminet, & ſæpe prodeſt, & ſæpe nocet. Hæc itaq; arenoſa eſt ſtructura quæ ædificantibus exitiũ mi-

nita-

nitatur. Ego potius moneo, vt in pios eosdēq; infœlices, mala aurea, non mala sed bona conferantur. Reges iuvent pios & infœlices: dextris pios, sinistris infœlices, erigant, vtrosq; obvijs vlnis recipiant. Hoc si quis forte minus regale putet, is tribuat aureo pomo, cui inscribitur (Christo detur,) atq; vna eadēq; opera sempiternæ civitatis sublimitati, difficultati, fœlicitati. Huius porro civitatis aditus (cū pariter sūmis & infimis pateat) paulò minus diversis itineribus aguntur: dū hi dando, sublevando, ignoscendo: alij satagendo, ferendo, exantlando, eā penetrant. Porro *cū beatius sit, vt dare quam accipere*, sic facere quā pati, ignosci Battologiæ potest, si non tā ad res præclarè, quam piè gerendas, neq; vero tam ad magnifica quam ad humilia & propitia benefacta sūmæ potestates instimulentur. Ad magnifica enim facta sicut ad magnificos sumptus impingitur, dū gloria mundi ac non Dei spectatur. Sumptos vero magnificos & pœne infinitos in phalerata, purpurata, cęteraq; eiusmodi insūptos, sustinēdos esse, atq; interim Christū in milite vulneratū, Christū in naufrago derelictum,

Christum in pupillo, orphano, & vidua exutũ & emunctum, Christum in carcere exesum & emaceratum, Christum in scholis, Academijs, hospitijs coarctatum & coangustatum, dimittendum esse; tantùm non flentes atq; lugentes conquerimur. Quod cũ ita sit, non est à maiestate tua cõmittendum (Rex opulentiss.) vt beneficia (quæ vrbes, oppida, ecclesias, pietates sustentarent) in Syracusanas mensas, emblemata, toreumata, in palęstras, Circensia vel Olympica certamina, non dicimus per teipsum, sed nec per satrapas duces comites oriundos stirpe tua filios vel filias effundi patiare. Veredũ enim est ne dulces fortunæ ominosam generent securitatẽ. Hoc autẽ omine laborare & periclitari mortales constat ex eo, quod quò melior lætiorq; fortuna est, quo maioribus pluribusq; fruimur, eo profusissimę res & lautissimæ in peius nos faciant proficere, vsq; eo vt verè dicatur res vanas potius cepisse nos quam nos illas. Sæpè spectatissimorum virorum querelæ de fœminarum, sæpe de magistratuum & priuatorum sumptibus audiuntur. Duobus diuersis vitijs luxuria & avaritia

ritia res maximæ cum probitate et fide dilabuntur. Romæ ante dilatatum imperium, aucta vectigalia, fractas prouincias & perdomitas viri solertijs, fœminæ abstinentijs paruerunt. In otio (ait Satyricus) Sæuior armis luxuria incumbit victumq; vlciscitur orbē; Nullū crimen abest facinusq; libidinis, ex quo Paupertas Romana perit. Nam & scitè ille et fide plenus: Postquā victoriæ atq; diuitiæ honori esse cępere, eosque gloria, imperiū, potentia sequebantur, hebescere virtus, paupertas ludibriò haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Vbi igitur ex diuitijs iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere: rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena invadere nihil pensi habebant. Luculentissima à Roma per sublimitatem imperij, cùm præstantissimarum tū pessimarū rerū exempla sumuntur. Itaque non tam Lactantium, qui aurea sæcula sic canit: Mallebant tenui contenti viuere cultu: quā Tertullianum et Divum Augustinum de Romanis (cum affluerent luxurijs conquerentes inducimus. Quoniā (inquit Tertull:) leges abierunt, quæ centum æra (non amplius) in cœ-

Iuvenalis.

Saluſt de con. Cat.

Lac. lib. 5.

Tertull. Apolog.

nam ſubſcribi iubebant, nec amplius quã vnã inferri gallinam, & eam non ſaginatam: quæ patricium, quod decem pondera argenti habuiſſet, pro magno titulo ambitionis ſenatu ſummouebant: quę theatra ſtuprandis moribus oriẽtia ſtatim deſtruebant. Cœna quæ olim centuſsis, iam centenaria à centenis ſeſtertijs dicẽda. Video inter matronas & proſtibulas, nullum de habitu diſcrimen relictũ: olim aurum nulla membra norant præter vnum digitum, nunc in fœminis præ auro nullum leve eſt mẽbrum. Quatuor hic, rerum immodeſtiæ ſunt, quarum non minus noſtra quã Romana tempora vituperium ferunt: coenarũ, ambitionum, ſpectaculorũ, veſtimentorũ. Eadẽ zelotypia laborauit Auguſtin⁹. Sic em̃, ille; Egone (inquit) exaggerem quanta mala importauerit proſpero ſucceſſu iniquitas ſublevata? Quandoquidẽ & ipſi, qui prudentius attenderint, plùs dolendũ viderunt paupertatẽ quã opulentiam perijſſe Romanã. In illa enim morũ integritas ſervabatur: per hanc autẽ non muros vrbis ſed mentes ipſius civitatis dira nequitia, omni hoſte peior, irrupit. Non antiquã ætatem &

au-

aureã, vt Lactantius & ſcriptores omnes: ſed leges ſatis antiquas & aureas luxus cõprimentes, inveniunt tibi patres ſatis antiqui Tertullianus & Auguſtinus. Porro ne iniquus ſermo ſit, quia prolixus: hic ſuppliciter petimus, vt huiuſcemodi legibus, te tuaq; regna, ornes & armes; & quoniã fortuna te regem fecit, natura hominem, hæ duæ perſonæ nunquã excidant, quæ & huius vitæ ſatietatem exuant, et nouæ ſitim exacuant; adeoq; in hoc brevi ævo, & interim donec audienda tibi ſit vox illa (*Redde rationem œconomiæ tuæ, non enim fungere œconomia amplius*) cùm naturę hominis piè viuendo, fortunæ Regis digna rege ſupererogando, facias ſatis. Non minus tempeſtivè quam pulchrè Cicero ad Cæſarem: Nihil dedit tibi natura tua melius, quam vt velis: nec fortuna tua majus quam vt poſsis prodeſſe quamplurimis: cui naturæ & cui fortunæ nihil opinantur homines poſſe regnis, populis, nationibus beatius accedere. Faceſſat avaritia radix omnium malorum, ſimulachrorum cultus, cæteraq; huiuſmodi, quæ cum infœlici rerũp: detrimento, certiſsimũ animæ vulnus coniunctũ

Luk. 16.

In Orat. pro Ligar.

Tertull. Apolog.

nam ſubſcribi iubebant, nec amplius quã vnã inferri gallinam, & eam non ſaginatam: quæ patricium, quod decem pondera argenti habuiſſet, pro magno titulo ambitionis ſenatu ſummouebant: quę theatra ſtuprandis moribus orietia ſtatim deſtruebant. Cœna quæ olim centuſsis, iam centenaria à centenis ſeſtertijs dicẽda. Video inter matronas & proſtibulas, nullum de habitu diſcrimen relictũ: olim aurum nulla membra norant præter vnum digitum, nunc in fœminis præ auro nullum leve eſt mẽbrum. Quatuor hic rerum immodeſtiæ ſunt, quarum non minus noſtra quã Romana tempora vituperium ferunt: cœnarũ, ambitionum, ſpectaculorũ, veſtimentorũ. Eadẽ zelotypia laborauit Auguſtin⁹. Sic emĩ, ille; Egone (inquit) exaggerem quanta mala importauerit proſpero ſucceſſu iniquitas ſublevata? Quandoquidẽ & ipſi, qui prudentius attenderint, plùs dolendũ viderunt paupertatẽ quã opulentiam perijſſe Romanã. Illa enim morũ integritas ſervabatur: per hanc autẽ non muros vrbis ſed mentes ipſius civitatis dira nequitia, omni hoſte peior, irrupit. Non antiquã ætatem &

au-

aureã, vt Lactantius & scriptores omnes: sed leges satis antiquas & aureas luxus cõprimentes, inveniunt tibi patres satis antiqui Tertullianus & Augustinus. Porro ne iniquus sermo sit, quia prolixus: hic suppliciter petimus, vt huiusce modi legibus, te tuaq; regna, ornes & armes; & quoniã fortuna te regem fecit, natura hominem, hæ duæ personæ nunquã excidant, quæ & huius vitæ satietatem exuant, et nouæ sitim exacuant; adeoq; in hoc brevi ævo, & interim donec audienda tibi sit vox illa (*Redde rationem œconomiæ tuæ, non enim fungere œconomia amplius*) Luk.16. cùm naturę hominis piè viuendo, fortunæ Regis digna rege supererogando, facias satis. Non minus tempestivè quam pulchrè Cicero ad Cæsarem: Nihil dedit tibi natura tua melius, quam vt velis: nec fortuna tua maius quam vt possis prodesse quamplurimis: cui naturæ & cui fortunæ nihil opinantur homines posse regnis, populis, nationibus beatius accedere. Facessat avaritia radix omnium malorum, simulachrorum cultus, cæteraq; huiusmodi, quæ cum infœlici rerũp: detrimento, certissimũ animæ vulnus coniunctũ In Orat. pro Ligar.

Exod.18. ctũ habent. Prefectos Pop. Israelit. Iethro optat viros fortes, timentes Deũ & odio habentes avaritiã. Atq; hìc quo studio, quo zelo, quãta affluentia, quã multa de odio avaritiæ dicenda essẽt. Sed ecce vela cõtracta propter novã terram. Etenim, quantũ cõplexus sum animo, tria fuerunt, quę regię potestati non minus sacra, quã regalia contendere: pietas, munificentia, patiẽtia. priore loco de pietate, 2. de munificẽtia scripsimus. Nunc de patiẽtia erit scribẽdũ.

Vt igitur de patientia vltima nunc serie dicatur: primũ omniũ satis constat, esse patientiæ præsertim Christianæ, non hostiles solũ impetus & ferocitates: verũ etiã eorũ, quibuscũ vivitur, errores & exacerbationes, nec non & infimorũ inscitias & prauitates, civili animo perpeti. Nã vt hoc ipsũ obtineat & verè asseueretur (Veteré ferendo iniuriã inuitas novã) est tamẽ illustrius & rege dignius eulogiũ.

Ovid. Si quoties peccãt hoĩes sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tẽpore inermis erit.

Psal. 82. v. 1. Absit vt rex non imitetur regẽ regũ, absit vt ad omnes improbitates fulminet. Apud Deũ (deus

(deus iudex, vindex cum ſit) iniuſtitia non eſt, ſi cœlum evacuet, ſi ſuper terram deluviet, ſi tam æſtate, quam hyeme grandinet. Supereſt vt à deo quod æquum bonũq; ſit, æqui boniq; ab hominibus cõſulatur. Rex autem ſi indignari, ſi vlciſci, ſi efferveſcere (cui apprimè Ciceronia na voce ad Cæſarẽ acclamare avemus) (Qui nihil obliviſci ſoles preter iniurias) ſi minari ſæpe, ſi meminiſſe diu iniquitatũ velit, nec tã divinam clementiã & miſericordiã, quam iuſtitiam atq; potentiã imitari; quid erit tam verendũ, tam infœlix, aut infauſtum quod regiæ iuſtitiæ (quas iræ etiam exterunt, & adiuvant) non portenderint. Nihil erit beatius auditu quam potentiſſ. regem & iuſtiſsimum, iuſtitiæ atq; iræ eius modum facere. Qui à ſummo iure, ut à ſũma iniuria infimæ ſortis ſubditi horremus, ab iracundia Regis (ſi vel ſcintilla uerit) quomodo nõ perhorreſcimus? Ira eſt vlciſcendi voluntas, quã ſi rex inuitus concipit, vel naturæ bonitate, vel dignatione gratiæ, ſaltem à malevolis in malos transferat. Nam ſũmæ eſt pietatis eos ſolos qui male peccant in Deũ vel legem, pro inimicis & invidis ducere. Olim Cic. pro Leg.

Rex Macedonũ his qui Smiſicum multorũ criminũ inſimulabant, reſpondit: Non eſt Smiſicus (inquit) Macedonũ peſsimus. Fertur beatus Cõſtantinus, effigie lapidata, multis ad ſuppliciũ inſtigantibus, quoniã omnes eius faciẽ ſaxis convulneraſſent, manu faciẽ palpans, & leniter ridens dixiſſe: Ego vero nuſquã vulnus recepi. Shimei vbi de vita periclitaretur, quòd Dauidem maledictis inceſſeret: Ecce (inquit rex David) *filius oriundus è lumbis meis quærit animam meam, nedum iſte filius Iemini: ſinite modo.* 2. Sam. 16. *Quis det vt dominus reſpiciat afflictionem meam, vt mihi bona retribuat pro maledictione diei huius.* Nunc vero pietas tua imitetur vel Conſtantinũ, vel Davidẽ. Non eſt Smiſicus omniũ peſsimus, non eſt ſemper aut regi inimiciſsimus, aut omniũ (quos terra ſuſtinet) nequiſsimus, qui regis vel effigiẽ vel honorẽ impetit. Reclamites cũ Conſtantino illis, qui illico aut facilè inſtigant ad ſupplicium: Non eſt horũ tẽporũ (regiam perſonã iam excipio,) omnia quæ temerè effutiuntur atrocius perſequi. præponderent magnificentiæ & gloriæ, religio & pietas: ſagacitati manſuetudo: iuſtitiæ æquitas. Scriptũ eſt.

Beati

Beati mites, beati misericordes. Abstrahendus vt à Dauide sic à latere tuo Abishai, qui in maledictũ (quale fuit illud Shemei) (ac si variæ nõ sint mulcturæ) vsq; ad necẽ et mortẽ animadvertendũ putat. Inimicũ, siquis mortaliũ non sit habiturus, si non malefactũ, non maledictum sit perpessurus, is vitã sine fortuna, evangeliũ sine molestia autumet. Si quis mortaliũ res adversas nunquã tulerit amittet patientiã: si nunquã inimicitias, charitatẽ: si nunquã offensas, humanitatem. Non est beatus qui inimicũ nullum habet, sed qui dilectione vincit: non qui pravũ morti, sed qui mortificationi subijcit. Vt non tenebris tenebræ, aut ignes ignibus: ita nec irarum faces iracundijs, nec extrema extremis extinguuntur. Luce tenebræ, aqui flammæ: sic clementia malevolentiæ, commiserationibus malitiæ superantur. Charæ sin hæ voces & fideles vsq; ad æternitatem: Reges decere sanctimoniam, pietatem, patientiam, charitatem, humilitatem. Adeo qui tãtis Dei bonis ac donis tanquam auspicijs regni officientibus valedixerint, primum de optima fama (quę vnguentis & aromatis est fra-

grantior) deinde de eximia & perfecta fœlicitate (sine qua frustra victoriæ, trophęa, triumphi cogitantur) postremò de animæ salute (quę in altera bilance posita vniuerso mũdo præponderat) periclitantur. *Præstat* (*inquit Salamon*) *vincenti civitatem, qui dominatur spiritui suo*, hoc est, qui vincit seipsum; vt plusquam heroicæ sint hæ disciplinæ, & regum propriæ: Serua teipsum, nosce teipsum, vince teipsum: nec non tempestiua sit illa ad Cæsarem oratio, Vicisti nationes immanitate barbaras, magnitudine immensas, numero infinitas, hodie teipsum vicisti; & adhuc: Nihil est tam populare quam bonitas, nulla de virtutibus tuis gratior, aut admirabilior misericordia est. vt tacito sed vehementi impulsu, à summis, medijs, infimis, conclametur. Vigeat clementia: Valeat misericordia. Porro quos non solum iusta, verum etiam sæua delectant imperia, eorum voces neq; hominum neq; ad hominem esse, cum inclyto oratore vociferamur & conquerimur. Sic enim clamant, (si tamen qui sint qui sic intonant potius quam insonant) caue ne credas, caue ne ignoscas, non velis misereri, non malis

Prov. 16. vers. 32.

lis parcere. Cæterum Cæsare cũ Cicerone dimisso; sanctiss. pater Ambrosius de præstantissimo imperatore Theodosio, sic dicit. Beneficium se putabat accepisse augustæ memoriæ Theodosius, cum rogaretur vt ignosceret; & optabatur (quod in alijs timebatur) vt irascere-tur. Hoc erat remedium reorum, quoniam cnm haberet supra omnes potestatem, quasi parens expostulare mallebat, quã quasi iudex punire, vincere enim volebat non plectere, æquitatis iudex non penæ arbiter, mallebat sibi homines relligione quã timore astringere. Hìc Ambrosius pro more disciplinæ à personæ magnitudine res vrget & auget. Si magnũ est misericordẽ & fidelẽ quenquã hominẽ invenire, quanto magis imperatorẽ, quẽ potestas ad vlciscendũ impellat, sed revocet tamen ab vltione miseratio. O prẽclarã laudẽ christianiss. imperatoris; christianissimæq; charitatis quæ & hostibus & inimicis & impetentibus pepercit, et malas inimicitias quę male cõcipiuntur, cũ non penitus diffluunt (neq; enim ad omne galliciniũ mali resipiscunt) non tã plectendo quã ferendo superauit. Egregia est illa toleran-

Amb. de obitu Theodos.

tia, quæ iracundiæ non modo locũ, verũ etiam tẽpus concedit; quæ aut illico extincta est, aut in multos dies prorogata, fit placabilior. Nullũ est enim intolerabilius quã iræ non cohibitæ imperiũ: quæ prolapsa præripit & anticipat patientiã: prærepta & anticipata patientia, obsepiuntur & obstruuntur viæ pœnitentiæ: his obstructis & obseptis, vt ædes quibus parantur incendia, & arbores quibus secures submouentur, sic viros, vrbes, cohortes, et fatales et breui perituras animis oculisq; et contẽplamur et veremur. Ex quo ira percitus mortalis homo vt ad celeres pœnas, sic ad celeres sed tamen seras pœnitentias festinat. Verè præcursor est ira pœnitentiæ, quæ vt læsis pœnas, sic fœdera et pignora pœnitentiarũ (quæ hic scintillant, illic in flammas erũpunt) imprimit et insigillat. Porro post res ruminatas atq; recognitas, quantus dolor, et quam iustus et quam multis innascitur? Dyonisius duos homuncionnes, alterũ amicissimũ, alterũ indicẽ vno momento transfixit, quo facto sic doluit vt nihil tulerit in vita grauius. Implorauit et impetravit Neoptolemus de Hyppolyti filij interitu, quo

im-

impetrato in maximos luctus incidit. Horatius poſt tres occiſos Curiatios, occidit et in triumpho ſororē, morte ſcilicet ſororis auctus & ornatus. Nā quid eos recitē quos vltima pœnitentia et ineluctabilis dies manet? Quid Nebuchad: contra Shedrac Meſech et Abednago fornacem ſuccendentem? Quid Dariū vel Satrapas Babyloniæ 7. leonibus dimenſum ſubducentes contra Danielem? Quid Antiochū filio et fratri, inſpectante matre et fratre, linguam exſcindi, cutem detrahi imperantem cōmemorem? Nullum eſt tam grande piaculum, quod non ſubito iraſcentes perpetraverunt. Iratus qui diſſoluit facilè, conglutinat nō facilè. Sic vna hora deſtruit mortalis homo, quod non multis annis extruit immortalis Deus. Plantulam ante herbam, herbam ante florem; domum ante vrbem, puerum ante virū, virum ante ſenem creauit dominus. Ira porro euaginata, muros, domos, vrbes, (id quod in bellis fieri ſolet) et duces et milites vno impetu peſſumdat, Sic Mithridates vno die, tota Aſia, multis in ciuitatibus, vna litterarum ſignificatione ciues Rom. necandos trucidandoſq; de-

Dan. 4.

2. Mac 7.

Cic. pro lege Manil.

denotat. Sic Aſhuerus vel Aſhuero ominoſior Hammon, Iudęos, viros, fœminas, pueros vno die excidendos, occidendos, interimẽdos deſignat. Opportuna eſt illa Cæſaris ad Senatũ Rom. oratio. Magna mihi copia eſt memorandi (P: Conſcr:) qui reges atq; populi ira aut miſericordia impulſi male conſuluerint: ſed ea malo dicere quæ recte & ordine fecere maiores noſtri. Cum de Rhodijs & Carthaginenſibus conſultum eſſet, magis quid illis dignum foret, quam quid in illos iure fieri poſſet, quærebant. Illis (inquit) merito accidet quicquid evenerit, cæterũ vos (P. C.) &c. Senſus eſt: ſenatui Ro. famæ, & dignitati ſuæ potius, quã eorũ reatui, qui ſontes erant, parendũ. Ex quibus ſubmiſſa poſtulatio oriatur implorantiũ à ſũmis poteſtatibus, quæ in excelſo vitã agunt, vt non ſẽper quid mali mereantur, ſed quid ſe dignũ ſit cogitẽt. Iris ſuppullulantibus & inſtimulantibus ad ſuppliciũ, imperent ſibi ſũmi viri aquas & olea, imperent honores, imperent (vel invita Minerva) amænitates, & ne nimiũ ſæviant, (fere dixiſſẽ) voluptates. Nam ſi cœlũ quã mirabile; mare, quã amplũ; terram,

Saluſt de coniurat. Cate.

quàm

quam amęna ſit, ſi piſces maris qua fœlicitate: volatilia cœli qua facilitate, animantia terræ qua benedictione, ſuas quæq; regiones (interim dū iræ ſubnaſcantur) aſpexerint; ſi monti-vagos ſylveſtreſq; curſus, venandi vel aucupandi ſtudio, conficiendo perluſtraverint; ſi irrigationes aquarū, derivationes fluminū, templa, tecta, mænia regnorū inviſendo mirati fuirint; ſi amicitijs, familiaritatibus, ſodalitijs immorati fuerint: æquius multo fecerint quā ſi ei cogitationi ceſſerint, quā in necē ſive infortuniū vel multorū vel paucorū invenerint. Quid enim (ſi hoc non ſit) culicē excolare, camelum deglutire, parcere voluptati & non parcere ſāguini? Tolerabilius (inquit Ambroſius) Herodes peieraſſet, quā Io: Baptiſtæ mortem intuliſſet. Quin & tolerabilius erit, ſūmo otio, eximijs oblectamentis, maximis honoribus frui, quā extrema quæ ſunt, vel incutere vel incutientibus patrocinium præbere. Interim vt iracundiæ impetuoſæ imperioſæq; medeamur, nō ad voluptates, ſed ad philoſophias, neq; ad philoſophias, ſed ad theologias hortamur. Facit modum iracundiæ philoſophia; theologia

multo magis. Evanuit philoſophia & (ne careat honore ſepulturæ) ſepeliatur modò. Nam hæc mundi ſenectus vix quicquã prophanum admittit, nec aliam theologiã quã verbum Dei agnoſcit. Hæc eſt mæchera & falx domini, qua omnes iræ, avaritiæ, iniquitates extinguuntur atq; eradicantur. Hic dimicare & vinci, non eſt dimicare & vinci, ſed demoliri & vincere. Quot pronunciata & dicta, tot arma & conſulta; quæ (cum non ſolum per prophetas & Apoſtolos verum etiam per angelos & dominum Ieſum è cœlo demiſſa ſint) terreant vt tonitrua, percutiant vt fulmina, vincant vt æterna. Porro nihil pietati tuæ prius ſit aut antiquius his ſacratiſsimis oraculis, quæ regio pectori inſonent præmia, intonent ſupplicia, intimẽt conſilia. Retrocedant & agantur retrorſũ, qui his quicquã ſanctius, quicquã ſagacius, quicquam homini melius vel rege dignius ſentiũt. Ac de pietate, beneficentia, patientia hactenus. Optamus regi pietatem vt ſibi, beneficentiam vt ſuis, patientiam vt quamplurimis non tam præeſſe quam prodeſſe poſsit. Siquidem præſtat pietati & beneficentiæ in

eo patientia, quòd istæ sibi & suis, hæc vero etiam inimicis & incognitis est profutura. Atq; hęc est illa vere cœlestis philosophia quã Christus è cœlo deduxit, & habitare in filijs hominum mandauit.

Quãobrẽ pietatem (invictiss: Rex) plusquã omnes delicias, beneficentiam plusquã omnes thesauros, patientiã plusquã omniũ mortalium desideria colat et amplectatur Celsitudo tua. Hæc est æterni patris sapientia, hæc doctrina Christi, huc leges & prophetæ, huc humanitas et naturæ ipsa cõmonent & cõmouent. Patientia sit corona tua ô Rex. Neq; enim regnum Dei regnum potentiæ sed patientiæ dicitur. *Væ vobis qui amisistis patientiam desertisq; rectis itineribus ad prava divertistis. Quid facietis vbi dominus in vos inquisiverit?* Pietas sit inter virtutes tuas ô Rex. Religio (inquit Dom.) peccata depellit & irã. Vir iracundus non potest censeri iustus. Sint virtutes tuæ (ô Rex) misericordia & munificentia. *Ne dicas (inquit Eccles:) Quam potens sum, quis me propter facinora mea perdomabit? Dominus est patiens, sed impune non dimittet. Exhibe te (inquit) cœtui pauperum amabilem, iniuriam patientem* Eccles. 5. Eccles. 4.

eripe è manu inferentis iniuriam, instar patris esto pupillis, & loco mariti matri illorum, eriſq; vice filij Altiſſimo, qui te quàm mater chariorem habiturus est. Iam vero hęc quam humilia ſint, & regi parum decora, nõ diffitemur, niſi quòd ſera ſit illa vox imperatoris: Viciſti Galilæe; fœda & iſta Regis: Virtus poſt nũmos; & nõ ferẽda ſit illa vox Conſulis, præſertim in ore frequens: Non ferã, non patiar, non ſinã. Coronã ſpineam geſtavit Chriſtus. Non Rex, non ſacerdos, non prophęta ęmuletur. Hæc autẽ ipſa quã aſpera ſint non ignoretur, togatũ reip: præeſſe, ſancta Davidis (quæ ſunt fidelia) humiliter colere, ſacra frequentare, Chriſto ac non mundo congaudere; perinde quaſi non ex his ipſis (dũ gloriæ Dei ac non privatæ inſiſtitur) quod in menſa ſplendidũ: quod in veſte conquiſitũ: quod in margarita defecatum: immo vero etiam quod in rebus gerendis opportunũ, quod in dictis & eloquijs eruditũ, quod in muneribus publicis & priuatis heroicũ exiſtit, humano generi nedum regibus intertricetur. Inſuper humilibus accõmodari & ad Chriſtianas & (ſi ita loqui fas ſit) charitatiuas condolentias deſcendere,

fer-

ferreus ſit ſcilicet qui à rege exigat: Niſi quod perinde quaſi de ſcala cœli, paulo minus cum patriarcha patriarcharum hic exclametur: *Terrificus eſt locus iſte, & non niſi domus Dei, & porta cœli cui altiſſimus imminet, cui diſcurrunt angeli, cuius culmen vſq; ad cœlum pertingit*: Ipſum enim cœlum eſt contemplandum, de cœtu angelorum, de concione primogenitorum, quibus & reges ſociali myſticæ eccleſiæ fœdere aggregãtur, eſt meditandum. Propileas, tecta, templa, vrbes, claſſes extruere regium eſt & religioſum, ſed enim pias mẽtes ſubierit haud quaquam arcam Noah, non Moſis ſanctuariũ, non Salamonis templum regibus extruenda, ſed vna cum vniuerſis & ſingulis, æterna habitacula in hac mundi canitie & hac vltima ætate extruenda & conſolidanda. Vita hæc הבל vitæ eſt. *Vapor (inquit Iacobus) eſt vita veſtra, ad exiguum tempus apparet & evaneſcit*. Vita regum eſt affluentiſſima ſed vapor tamen, ſed breuis tamen, ſed evaneſcens tamen. Neq; enim vnquam tam aſtruatur altitudo regis, vt deſtruatur mortalitas hominis. Triũphanti in Roma ſublimiſſimo curru ſuggeritur: Reſpice poſt Gen. 28.

Gen. 2. v. 11.

eripe è manu inferentis iniuriam, instar patris esto pupillis, & loco mariti matri illorum, eriſq; vice filij Altiſſimo, qui te quàm mater chariorem habiturus est. Iam vero hęc quam humilia ſint, & regi parum decora, nõ diffitemur, niſi quòd ſera ſit illa vox imperatoris: Viciſti Galilæe; fœda & iſta Regis: Virtus poſt nũmos; & nõ ferẽda ſit illa vox Conſulis, præſertim in ore frequens: Non ferã, non patiar, non ſinã. Coronã ſpineam geſtavit Chriſtus. Non Rex, non ſacerdos, non prophęta ęmuletur. Hæc autẽ ipſa quã aſpera ſint non ignoretur, togatũ reip: præeſſe, ſancta Davidis (quæ ſunt fidelia) humiliter colere, ſacra frequentare, Chriſto ac non mundo congaudere; perinde quaſi non ex his ipſis (dũ gloriæ Dei ac non privatæ inſiſtitur) quod in menſa ſplendidũ: quod in veſte conquiſitũ: quod in margarita defecatum: immo vero etiam quod in rebus gerendis opportunũ, quod in dictis & eloquijs eruditũ, quod in muneribus publicis & priuatis heroicũ exiſtit, humano generi nedum regibus intertricetur. Inſuper humilibus accõmodari & ad Chriſtianas & (ſi ita loqui fas ſit) charitatiuas condolentias deſcendere,

fer-

ferreus sit scilicet qui à rege exigat: Nisi quod perinde quasi de scala cœli, paulo minus cum patriarcha patriarcharum hic exclametur: *Terrificus est locus iste, & non nisi domus Dei, & porta cœli cui altissimus imminet, cui discurrunt angeli, cuius culmen vsq; ad cœlum pertingit*: Ipsum enim cœlum est contemplandum, de cœtu angelorum, de concione primogenitorum, quibus & reges sociali mysticæ ecclesiæ fœdere aggregãtur, est meditandum. Propileas, tecta, templa, vrbes, classes extruere regium est & religiosum, sed enim pias mẽtes subierit haud quaquam arcam Noah, non Mosis sanctuariũ, non Salamonis templum regibus extruenda, sed vna cum vniuersis & singulis, æterna habitacula in hac mundi canitie & hac vltima ætate extruenda & consolidanda. Vita hæc חבל חיים vitæ est: *Vapor (inquit Iacobus) est vita vestra, ad exiguum tempus apparet & evanescit*. Vita regum est affluentissima sed vapor tamen, sed breuis tamen, sed evanescens tamen. Neq; enim vnquam tam astruatur altitudo regis, vt destruatur mortalitas hominis. Triũphanti in Roma sublimissimo curru suggeritur: Respice post Gen. 28. Gen. 2. v. 12.

Tertull. in apol. Suet.

te. Hominem te esse memento. Augustus imperij formator, nè dominum dici se volebat. Gloria interdum spreta cumulatior redit. Neque enim ipsi reges tam quæ altitudini, magnificentiæ, magnitudini, quam quæ dextræ & sinistræ, menti atq; animæ conducunt, satagendo, vias sibi in æternas beatitates præstruunt. Nihil autem est in terris optabilius, quam rex vigilans, satagens mente atq; anima per se per se (inquam) salutipopuli consulens. Nã oportet regem principatum gerere tanquam in oculis cuncta cernentis, qui paulo post districtissimam ab ipso rationem commissorum, sit exacturus. Insciția salutis, incuria animæ, securitas coeli, in maximo principatu impar discrimen faciunt. Vbi vero contremiscendum tribunal, insopitus oculus & mors omnium spectantur, non de discrimine humano, vt inter reges & infimos: verum de trutina divina, vt inter bonos & malos, est cogitandum. Non faciet rex modum iræ regiæ? Num faciet dominus modum iræ suæ? An non avertet rex faciem à paupere? An non avertet dominus faciem à rege? An non homo appropinquet Deo

quia

quia rex? An idcirco dominus appropinquabit Regi quoniam Deus? Quinimo appropinquet Deo per pietatem: modum iræ faciat per patientiam. Attamen per gratiam domini nostri Iesu Christi donetur, vt fide, sermone, scientia, pietate, patientia, charitate, benignitate, beneficentia abundet, memor beneficentiæ domini nostri Iesu Christi, qui propter nos pauper factus est cum esset dives, vt nos ipsius paupertate divites efficeremur, cui cum patre & SS. S. sit omnis laus & gloria.

M. T. deditissimus subiectissimusq;

THO. KINGESMILL.

quia rex: Anidcirco dominus appropinqua-
bit Regi quoniam Deus? Quinimo appropin-
quet Deo per pietatem: modum iræ faciat per
patientiam. Attamen per gratiam domini no-
stri Iesu Christi donetur, vt fide, sermone, scien-
tia, pietate, patientia, charitate, benignitate, be-
neficentia abundet, memor beneficentiæ do-
mini nostri Iesu Christi, qui propter nos pauper
factus est cum esset dives, vt nos ipsius pau-
pertate divites efficeremur, cui cum patre &
SS. S. sit omnis laus & gloria.

M. T. deditissimus subiectissimusq.

THO. KINGESMILL.

Ad Lectorem.

CVM piſcis deliteſcens & individuum modò vagum mihi in ſpe vel mẽte eſſet (pie lector) incidi in paginas Regias. Quas cum, vt Cyri regis Perſarum plãtulas, regia manu ſatas cernerem; vt ille Lyſander Cyrũ, ſic ego admirans ſummum regem, quin cum Lyſandro conteſtarer, non potui; Recte te quidem (ſumme Rex) beatum ferunt, cuius fortunæ litterę & ſanctitates adiunctæ ſunt. Nam hæ vſq; adeo beatæ mihi viſæ ſunt & ſpectabiles a rege, vt quanto honore calamum ſtylumve regium proſequerer, aliquo mihi ſacro fœdere publicandum crederem. Ne equidẽ officioſior aut obſequentior cæteris (obſecro enim, num rex noſtros aſteriſcos, aut obeliſcos inviſet?) videar.

Onus Angliæ, Scotię, Hibernię, ſicut & multis gentibus, ipſiq; adeo orbi imminens, & humilitatem animi (ne dicam animæ meæ) penetratam habet & potentioribus celſioribuſq; viris, potius quam privatis & confratribus meis, tabulis non tam novis quam neceſſarijs, addicit. Bella hæc tempora extrema, cùm Angliæ tùm mũdo proclamant, Ab arbore ficus diſcite ſimilitudinem: ramus tener eſt, folia enata, pluſquam cœteræ arbores creſcens eſt hoc ævo & vegetans: cuius germina terræ motus, fames, peſtes, bella. Hanc ficum atq; hæc germina dũ intuemur, ſubijcitur cogitationibus noſtris, hæc in poſterum non expectatione, ſed ipſo facto & actu, non ſpe ſed re concipienda iri: hoc eſt, contabeſcere iam nunc mortales præ fame: ſenſiſſe & ſentire ſubitas mortes: pullulaſſe & pullulare peſtes: inſtare terræ motus; bella imminere, immo vero eſſe, immo vero ea eſſe, de quibus pronũciat evangelium cohærere

hærere pronunciata malà communi termino eatenus, quatenus principium vnius est finis alterius. Finem non prius hæc mala quam ipse orbis, sunt habitura. His vocibus aures sæculi expedit circumsonare, neq; (si fieri posset) quicquam aliud audire. Quibus tanquam crebris tonitruis à vitijs terreantur, vel tanquam tubis bene sonantibus ad meliora revocentur; quibus deniq; mortales, ad pœnitentiam, pietatem, fidem instruantur, atq; instimulentur. Monet enim senectus mundi, vt tanquam filij diei ac lucis cum aquila omniq; volatili è cœno (vt loquitur Tertullianus) ad cœlum evoletur. Neq; enim volatilia cœli, dum altum aerem secant (vt loquitur S. Ambrosius) sed enim dum humi repunt, irretiuntur. Porro nullum naufragium facient, qui pennis auroræ & quasi columbinis & argenteis terrę mariq; valedicentes, escam supremã mannaq; absconditum anhelaverint. Nam hoc mysterium piæ mentes à duabus mulieribus, de quibus est apud Zachariã, hauserint, quarum in alis volãtibus spiritus fuit instar Cyconię, quę mẽsuram nempe numerum hominum succisum & abbreviatum inter terram & cœlum deferent in terram Shinear, vt ibi plantent atq; ædificent. Nam cum Aquila & Cyconia duæ mulieres, scilicet ecclesia & respublica numerum quæq; suum deferant in Shinear, idest, in portam cœli: (Cyconia vero Christus est: Mensura, numerus hominum elevandorum inter cœlum & terram; Shinear ipsum est cœlum.) Illic plantandum, illic ædificandum, illic fas regna resurgere Troiæ. Date vela ventis, impellite remos, navigetur, certetur, militetur, non armis, non remis, non pennis, non pedibus, sed pietatibus, studijs, vigilijs, moribus, dictis & factis. His enim gressibus atq; vestigijs ad cœlum tenditur. In hoc beatissimo cursu cum multa sint, quæ oculos excæcent, multa quæ pedes illaqueent, multa quæ corpus animamq; aggravent & onerent, vno impetu vniversa amovet Apostolus, dum depositio onere & peccato, quod circumstat, currere nos iubet ad auctorem & consummatorem fidei, dominum Iesum, *Per patientiam* (inquit) *curramus ad dominum Iesum qui est α & ω, principium & finis, auctor & consummator*

Zach cap. 5. veri. 9. 10.

fidei

fidei nostræ, salutferæ spei efficiens & materialis origo, ex qua oritur fides prima, & in quam resolvitur vltima. *Ego* (inquit) *sum via veritas & vita*. Via, (vt oculatissime S. Augustinus) quia per me vt per viam venitur; Veritas, quia ad me vt ad veritatem pervenitur: Vita quia in me vt in vita permanetur; & haud scio, an non adhuc oculatiùs S. Bernardus: via in exemplo: veritas in promisso: vita in præmio. Via longa est, arcta, ardua; Maturate fugas mundi. Præcessit dominus: capessite itinera post dominum ac ducem vestrum. Veritas partim aperta, partim occultata involucris est: pulsate, quærite, petite. In vita victoria inest: certate, vigilate, vincite. *Ego (inquit dominus) sto ad ostium & pulso. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & consedi cum patre meo in throno eius. Ecce disposui vobis regnum, sicut disposuit mihi pater meus regnum.* De regnis & thronis sermo est. Sit lector attentus & docilis, dum ostenditur dare Iesum thronũ & regnum; sed ei qui vicerit: vt non solum integritatibus & innocentijs, verum etiam pugnis, anxietatibus, sudorum, periculorumq; perpessionibus, & exantlationibus opus sit, quò tantæ beatitatis consortes simus. Nam volentes vitam ingredi, accipite quæ peragenda sunt prius; quin & quæ perpetienda, quæ oppugnanda vel expugnanda, quæ metuenda & fugienda, ne fortè mella sperantes, & in fella impingentes, in itinere fœlicissimè suscepto ærumnosissimè tergiversando allidatis. Neq; enim vnquam carni & sanguini pessimis consultoribus cedendum, quæ non secus, ac Petrus domino, facile suggerunt: Propitius tibi esto, hæc tibi non evenient. Neq; vero Sathanæ, ac mundi ministris vsq; ad *plaudite* parendum, qui dũ Christo dulcia & quæ propitia sunt afferunt, celant interim ea, quę concoquere & exantlare necesse habemus qui ad tantam beatitatem adnitimur. Recte Poeta

—facilis descensus Averni est,
Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis,
Sed revocare gradum superasq; evadere ad auras
Hic labor, hoc opus est. Nam quod in cæteris rebus fieri

Ioh 14.

Apoc. ca. 3.

Luc. 22.

solet,

solet, vt quod summæ est præstantiæ, id maximum desideret laborem: Idipsum in hoc vltimo præmio (quod est longè omnium auspicatissimum) obtinet; vt contestante Esdra, angustus & difficilis introitus sit ad ciuitatem omnium bonorũ copijs instructam. Quamobrem sanctis Dei qui cum omnibus Apostolis & prophetis nomina sua Christi militiæ subscripserunt, se periculis doloribus afflictissimisq; rebus, non secus quam arcam Noah fluctibus, patere resciendum est: sed tamen per anchoram salutiferã, quę est vera fides, in medio mari tanquam in portu nauigare. Nam & hæc fides quæ secura est per Iesum Christum, & finem miseriarum videt & in ipsis miserrimis rebus, fortitudinem si non gaudium ministrat; iuxta eximiam illam consolationem, quæ est apud Prophetam his aculeis & alloquijs. *Israel ne timeas quoniã redemi te, vocavite nomine meo, meus es: Quum transieris per aquas, ego tecum; cum per torrentes, non obruent te: Quum transieris per ignem ipsum non combureris, quoniam ego Iehovah, Deus tuus, sanctus Israel, servator tuus.* Huc vsq; theses Isaiæ, quæ quantum fiduciæ habent? Quantum energiæ? Quantum medicinæ? Ecce quam breves, ecce quam efficaces. *Ego dominus Deus tuus, servator tuus, redemi te. Quũ transieris per ignes ego tecum; non cõbureris, cum per aquas, ego tecum vt te non obruant*; vt inter omnia regna & hoc vnum regnũ hoc vnum intersit, quod cæteris (dum dantur & accipiuntur) læti & illico perfruamur, hoc vno spe solum cum patientia & humilitate, ac non re cum gaudio ac gloria gloriemur. Non enim vt eversis regnis & regibus, glorijs atq; triumphis victores supra modum efferuntur; sic mũdo, carne & Sathana devictis, vnctæ patinæ est invivendum, non eminentijs, latifundijs, luxurijs, victui, vestituiq; superfluo, nó cum nihil insit vel adsit egregiè præter cæteros, sericis, purpureis, coccinis bis tinctis, cæterisve fulgoribus indulgendum. Non aut otia cũ dignitate, aut negotia cum periculo contemplanda aut copulanda, non copiæ emolumentorum inhiandum, non divitijs aut delitijs inhęrendum, non convivijs, commessationibus, cœnis epulis, sed nec contubernijs, sodalitijs, somnolentijs, versutijs fa-

Esd. libi 4. cap. 7.

Isai. cap. 43.

facetijs,nænijs,iocis atq; cachinnis congaudendum. Nam præter molem malorum,qua mundus laborat,non vulgare inquinamentum atq; scandalum inferunt istæ ipsæ pices,fæces,sordes, quas gregarij homunciones absq; omni pavore vita & assiduis sermonibus evomunt & efferunt:*efferæ undæ maris*(vt est apud S. Iudam)*sua ipsorum dedecora* despumantes:stellæ erraticæ,quibus risus vel iocus est scelus designare, qui irridentPro.ca.10 delictum,ac si mors Christi non mortificationem:partus regenerationem:vita,vitæ novitatem: resurrectio peccati derelictionem, ascensio novam creaturam, dextra fidem,secundus de cœlo adventus formidinem atq; tremifactionem inferat. Charitas omnia sperat,sed enim spe modo alimur, nullum finem illusionum,applausuum,affabilitatum, nedum ambitionum,avaritiarum,cupiditatum experti in eis,qui honores divitias vel quævis præsentis vitæ commoda aut firmamenta adipisci aut voluerunt, aut etiam potuerunt. Atqui contra tam pravas cupiditates, vt contra scismata atq; hæreses præscribunt,quæ de Christo nato,passo,ascenso,redituro,creduntur. Sic enim æquum est de mysterio incarnationis dominicæ cogitare ac credere,vt prima & vltima, præsepe & crucẽ,vitam & mortem, sepulchrum & ascensum, ascensum & reditum, quæ indivulsa & indissolubilia sunt, vel religio sit errore divellere; tum vero per compaginem,concomitantiam & commissuram partium (quarum singulæ per se beatissimam contemplationem eliciunt,sed in completo & composito cooperantur beatius & fortius) in omnimodam pietatem,fidem,formidinem,resipiscentiam,quasi ex quibusdam elenchis & principijs quæ non probent sed demonstrent,excitemur. Nam in modicũ cum rege Agrippa Christiani videntur, qui de regno peccati extirpando securi, Christum vt filium ac seruatorẽ, ac non vt dominum & iudicem complectuntur. & adhuc in maiorem modum vacillant,qui(quasi feriæ quædam Christianorũ essent) Christũ sibi natũ sed nõ mortuũ,cum commoriendum sit; redivivum sed non sepultum; cum cõsepeliendi sint; sedentem in cœlis,sed non crucifixum, cum crucifigendus sit.

illis mundus, & illi mundo, contemplātur. In quibus omnibus domino nostro Iesu Christo non solum fide, verum etiam vita inserimur. Ne igitur gravemini (lectores) si in limine audaciùs vos ex parte admoneam per infœlicitatem temporum (in quibus duæ infestissimæ res in dies singulos crescunt & prevalent, calamitates atq; iniquitates) peccato esse cōmoriendum & Christo Iesu convivendum. Nam vt tempestivè S. Ambrosius: Quovsq; ad delectationes? quovsq; ad commessationes? Instat iudicij dies: dum differs gratiā mors appropiquat. Empti sumus pretio, dicente Paulo, & non sumus nostri iuris: non caducis, velut argento & auro, attestante Petro, sed pretioso sanguine agni immaculati & incontāminati, Christi. Duobus argumentis, quorum alterum à deo patre, alterum à Deo filio petitur, in optimā catachesin inducimur. Invocantes (inquit) Patrem qui citra personarum respectum quemq; iudicat, scientes filium nos suo sanguine redemisse, superest vt in timore conversantes incolatus huius tempora transigamus. A Deo patre & deo filio syllogizat vel potius demonstrat Divus Petrus. Pleriq; vero mortalium neq; de Deo patre, neq; de deo filio neq; de deo spiritu sancto metuentes aut meditātes quēdam horribilem externum somnum, qui non procul à morte differt, dorminut; de quo somno rarissimè est in sacra pagina; semel legitur vbi ex costa Adæ desumpta est Hæva: iterum in Sam. 26. vbi David in fuga à facie Sauli, lanceam & hydriā Sauli surripuit. Nemine enim vidente, nemine advertente, nemine evigilante hastam atq: vrceum aquarum tulit David propter gravem & altum soporem, qui a Iehovah ceciderat, super eos. Nam eodem somno non Saul modo ipse, verum etiam & Abner dux militum, & omnis populus ligati sūt. Vetus est illud Poetæ. *Instar leti sopor*: qui si à corpore ad animam transferatur, scitè & sanctè Augustinus: Qui phreneticū ligat, qui letargicum excitat, vtrumq; amat. & adhuc, plures sunt quos corrigit timor, meliores quos dirigit amor. Vt huius veternæ consuetudinis soporē tibi mihiq; (Pie lector) Dei amor timor ve excuteret, scripsi duos libellos, alterū qui *Classi-*

Gen. 2. v. 20

August. Epist. 48.

cum

cum *Pœnitentiale* inſcribitur, alterum *de Scandalo*. Arma bella; prior denunciat, ſed & fames, peſtes, terræ motus. Quorum malorum partim imminentium, partim inſtantiũ mortalitate terrere homines à peccatis & tremefacere mihi fuit religio. In poſteriore, è ſpiritu lenitatis non tam amputare quã putare arborem peccati conor. Porro quæ leviſsima habentur, cùm numero & vſu, tum corruptela & ſcandalo pernitioſa evadunt: quibus, ſicut anima Lothi excruciabatur Sodomis, ſic animæ iuſtorum in omni ævo & loco offenduntur. Leviter ægrotantes levia: graviter, gravia curent. Nam & medici non ſemper afferunt ſanitatem, cùm omnibus moriendum ſit, ſed quæ concurrentia & conferentia ad ſanitatem reſcierint; ſic ſcribens, prophetans, evangelizans, vbi nihil ſubterfugerit quo minus annuntiarit (ſic enim Paulus) omne conſilium Dei, non deſpondeat animum, licèt peccatum orbi coævum ante orbis terminum non extinguat. Miſeri enim mortales vnquam vt ſe corrigant? Vllã vt delictorum fugam cogitent? Vllam vt reſipiſcentiam meditentur? Scilicet, quos res tantæ tam atroces tam incredibiles & (quod multo magis eſt admirandum) iam adventantes, inſtantes, & præſentes non commovent; eos voces & calamos conſervorum compeccatorumq; ſuorum poſſe accendere? Porro quos neq; diſcrimina, ante quam graves caſus advenerint, neq; ipſa infortunia cum advenerint, percellunt: hos nequicquam calamo aut voce inſtimules, Celantibus verbis, & nobis ſilentibus res ipſæ loquuntur & clamitant. Nam quibus prophetantes aut evangelizantes reijcere ſemper impunitum fuit ac liberum? Nam & res prophetatas & evangelizatas poteſtis reijcere etiã tũ cum incubuerint? Etiam tum cũ apprehenderint? His non bella bellum: non peſtes peſtem: non fames fata; non terræ motus terrorem aut metum vnquã incuſſerint. Erunt bella? ſunt bella. Erunt peſtes? Sunt peſtes, erunt fames? non ſunt. Nam eſuries modo ſunt. Erunt terræ motus? Non adhuc ad plenum crevit ficus Evangelica. Terræ tremefactio & metus terræ-motus fuit apud Anglos

Anno

Anno Dom. 1379. de quo in calce prioris libri seorsim & pro rei magnitudine extra seriem scripsimus. Deo patri, Deo filio & Deo Spiritui sancto sit omnis laus & gloria in omnem æternitatem. *Amen.*

Tuus THO. KINGESMILL.

CLASSICVM
POENITENTIALE.

CLassicum de cœlis cecinit: Exijt verbum à domino. Sic dicit dominus. *Scindite vomeres in gladios & ligones in lanceas.* Aurea ſęcula evanuerunt, quin & argentea: Abolita ſunt & abſoleta pacifica regna. Ferrea ætas appropinquat, inſtat, adeſt. Erunt fames, peſtes, terræ motus. Diceturnè futura eſſe bella? Sunt bella. Inſurgit gens contra gentem, regnum adverſus regnum. Onus non Angliæ, Hiſpaniæ, Hiberniæ, ſed enim per catholica bella onus indicitur vniverſæ terræ. Apocal. cap. 6. vnum ex quatuor animalibus clamat & dicit Johanni. *Veni & vide.* Et prodijt equus rufus, & ei qui ſedebat ſuper eum, datum eſt vt tolleret pacem de terra, vt ſe invicem interficerent, & alij alios mactarent, & traditus eſt ei gladius magnus. Traditus eſt gladius: Superaddidit, *magnus*, vt ſe invicem mactarent aut interficerent. Reticetur nomen hoſtium, inimicorum malorum, ſed & hominum. Alternæ vero mortes & equus rufus ſanguinem, gladium, bellum demonſtrant, neces autem & bella non huius gentis, non illius, ſed orbis comminantur. Non enim de gente, ſed de terra pax tollitur. Quemadmodum ad terram Canaan olim Joſhuę & populo Dei, mari depulſo, Iordano converſo retrorſũ gladius viam aperuit: ſic inſidenti-

Ioel. 3.

Iſai. 13. v. 4.

Apoc. 6.

bus equis, ruso, pallido, nigro, ad vniversam terrã (quod tamen ille so mysterio tantæ visioni s referatur) ferro iter aperiendum est. Vniversus mundus, vt grandis, ægrotus S. Augustino dicitur, funestisq; calamitatibus non secus quam lætalibus morbis laborat. Primus morbus quasi primus impetus, qui solet esse vehementior, bella existunt. Optavit olim Caligula vt vnicum collũ esset omnibus Romanis, vt omnes vno ictu percussi interirent. Est vnum modo collum omnibus gentibus vbi dominus respicitur; & tamen multis ictibus, ad summã verò quatuor, id est bellis, fame, peste, terræ-motu, ad sepulchrum descenditur. Manè creuit Kikaion lonę, & vesperi exaruit. Arbor de qua somniavit Nebuchadnezar ipso somnio ac somno evanuit. Arbor vero mundi, quæ multis retro sæculis orta, aucta, propagata est, quæ non alias propagines quam regna, regiones & civitates habet, vt non subito creuit, sic nec vno ictu truncatur. Arborem lego (vt alicubi S. Ambrosius) sed non arborem intelligo. Nam ad hanc arborem, quæ per palmites, surculos, botros, frõdes, fructus ad omnia maria terrasq; habitabiles et inhabitales diffunditur, cuius nos homines præcipua pars sumus, securis domini adposita est, radititus extirpanda si puteris sit, maledictioni obnoxia & si malefecerit neq; resipuerit excindenda, & in ignem conijcienda si fructus malos aut nullos fecerit. Terra quę per se benedicta est, maledicta fit propter homines. Expurganda igitur sunt corda hominum & ne vepres spinæq; luxurient, viris Dei falce non sceptro, (id quod admonet S. Bernardus) saragendum est; vt rex nolter atq; iudex, metens vbi non seminat, congregans

vbi

vbi non spargit, recipiat vtiq; quod suum est cum fœnore; neve in mentes inscias aut improvidas officij humani aut examinis divini, tum cū פקד visitans sit, incidat. Exod 20.5. Attendite igitur & expergiscimini, excubias agite, vigilate, parati estote gementes atq; dolentes propter cunctas abhominationes factas in medio Ierusalem. Ezec.9. *Conficiendo conficiam* omnia de terra, dicit dominus, homines & iumenta, conficiam aues cœli & pisces maris offendiculaq; simul cum impijs, scrutabor Ierusalem Zeph. 2.3. lucernis & visitabo viros qui fecibus suis hærent & defixi sunt: dicuntq; in cordibus suis: Dominus nec benefacit nec male. Dies excandescentiæ, dies buccinæ & classici super civitates munitas & super turres excelsas, & angustabo homines, ambulabūtq; vt cæci, quia peccaverunt contra dominum, & effundetur sanguis eorū vt pulvis: Nec argentum eorum & aurum liberare eos poterit in die excandescentiæ domini. Quærite dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius exequimini. Quærite iusticiam, quærite mansuetudinem. Gaza delecta est, Ascalon devastabitur; audivi probrum Moab et blasphemiam filiorum Ammon in populum meum. Propterea, vivo ego, dicit dominus exercituum. Moab futurus est vt reliquiæ vrticarum et fossa salis vastitasq; perpetua. Rependetur hoc ei pro superbia et insolentia eorum quòd probra et grandia quędā evomuerint contra populum domini exercituum. Tipicè et tropicè turres excelsas et ciuitates munitas, quæ nunc sunt translatis nominibus Gazę, Ascalon, Moab et Ammon, interpretemur. Nam et hic est dies classici, dies buccinæ, dies excandescentiæ domini, conficit etiam Mat. 25.

nunc dominus iumenta et homines, scrutatur etiã nunc Ieruſalem lucernis viroſq; qui fecibus ſuis hærent; cæci ambulabunt qui peccaverunt contra dominum, ſanguis eorum vt pulvis effundetur. Non auro, non argento liberabuntur. Vę civitati rebellanti, et contãminatæ vrbi, domino non obtemperavit, diſciplinam non recepit, in domino non eſt confiſa, neq; ad deum ſuum appropinquat. Propterea me exſpectate (dicit dominus) die quo conſtanter inſurgam, quoniam hoc iudicium meum eſt, vt gentes colligam et congregem regna, et effundam ſuper ea indignationem meam. Dominus eſt qui rugit de monte ſancto ſuo, dominus eſt qui emittit fœciales, iuſtum et legitimum bellum ipſi mundo indicentes. Regna et regiones nihili reputantur, inſtar formicarum ſunt vrbes, gentes, homines. Clamát Zephonias, Iſaias, Ieremias, Ioel, ſed et Iohannes et Eſdras, ac ſi ad hæc tempora dominus tales ſuos ſervos reſervaſſet orbi vniverſo claſſicum tanquam è cœlo occinentes. *Dominus* (inquit Iſaias) *recenſet* exercitum bellicum, veniunt de terra longinqua et de finibus cœlorum vaſa indignationis eius ad vaſtandum vniverſam terram. Ecce dies domini ſęvus aderit et excandeſcentia atq; ęſtus naſi, vt redigat terram in ſolitudinem, et peccatores eius ex ea excindat. Viſitabo (inquit) orbem ob malitiã et impios ob iniquitatem ipſorum, faſtum ſuperborum compeſcam et tyrannorũ elationem deijciam, pretioſiorem faciam virum auro purgatiſſimo, et hominem maſſa auri ex Ophir. Quiſq; ad populum ſuum reſpiciet et quiſq; ad terram ſuam confugiet. Quicunq; deprehenditur confodietur et qui defendere ſe parat cadet gladio.

Iſai. 3.

gladio. Infantes illorum illidentur, domus eorum diripientur et vxores eorum vitiabuntur. Hæc Isaias. Ieremias cap. 25. *Venit* (inquit) *vastitas* ab extremitate terrę ad extremiratem terræ quoniã disceptatio est domino cum gentibus, iudicium subibit ipse cum omni carne vt gladio dedat impios. Sic enim loquutus est dominus exercituũ. Ecce calamitas egredietur de gente in gentem, turbo magnus excitabitur à lateribus terræ & erũt interfecti in die illo ab extremitate terræ ad extremitatẽ terræ. Nemo deplangetur, nemo colligetur, nemo sepelietur. Vlulate ô Pastores & clamate, volutate vos in pulvere, vos qui insigniores estis in grege, quia dies vestri impleti sũt vt mactemini et dispergamini, cadatisq; vt vasa expetibilia. Huc vsq; Ieremias. Per Ioelem vero, cui accedat in Apocal: Ioannes, hæc bella sub finem mundi tantùm non sanctificantur & proclamãtur. *Congregabo* (inquit Dominus) omnes gentes & deducam eas in vallem Iehosophat: Edicite hoc in gentibus, indicite bellum, excitate fortissimos quosq;. Qui debilis est dicat, Ego fortis sum heros, Festinate & venite omnes gentes, congregemini, ibi sternet dominus heroes vestros. Excitentur, & ascendant gentes ad vallem diuini iudicij, quia ibi sedebo ad iudicandũ gentes quæ circumquaq; sunt. Mittite falcem quoniam maturuit messis, venite et descendite quia impletum est torcular, redundarunt lacus, quia aucta est malitia eorum. Turbæ, turbę in valle excussionis, quia prope est dies domini in valle excussionis. Parcam mihi ab horrore iudiciorum Dei, quæ ingeminata hæc & corroborata Ioelis vaticinia emetiuntur. Quæ si toto pectore contremiscenda

sint, quis non metuat & horreat à viso beati Iohannis, qui 16. Apocal: vidit exire ex ore draconis & ex ore Pseudo-Prophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim (inquit) spiritus dæmoniorum facientes signa vt procedant ad reges totius terræ ad congregandū illos in prælium diei illius magni, & congregabit illos in locum, qui Hæbraicè vocatur Armageddon. Iam vero & Esdras vel potius per Esdram dominus: *Ecce ego* induco super gentem terrarum mala, gladium, famem, mortem, interitum. Væ orbi & incolis eius, quia gladius imminet & interitus eorū, & insurget gens contra gentem in prælium, quarum manus telis cruentæ sunt. Nam seditione conflictabuntur homines, alij invadēt alios, nec regem suum reverebuntur, propter superbiam civitates turbabuntur, domus evertētur & homines trepidabunt. Non miserebitur quisq; proximi sui, quo minus ferro deleātur domus singulorum bonaq; diripiantur. Hæc ait dominus Deus. Non parcet dextra mea sceleratis, nō desistet gladius meus ab effūdentibus sanguinem innoxium in terra; vę peccantibus & mandata mea non servantibus. Enimvero ne sit Propheta Esdras qui non bella solum, verum etiam seditiones, intestinas discordias, clandestinas cædes, quin & acerbissimas cùm ab ipso Deo vindictas, tum ab ipsis interse hominibus ærumnas & eo ampliores, quo consummationi rerum viciniores, comminatur; perinde quasi crescente malitia, vigente iniquitate, aucta vitiorū segete, mirandum sit, si & clam et palam omnes clades, rapinę atq; iniusticiæ crebriores sint futuræ. Nam quę res duæ maxime infestę horribilesq; naturæ humanę & Esd. 4. 5.

sunt

sunt & habentur, calamitas atq; iniquitas, hæ ambę sub finem mundi infæliciſſimè vites sument, & vigebunt, vt (non quia mare siccum, terra attrita, cælum obnubilatum, postremò non quia res creatę diuturnitate, ęgritudine aut lassitudine laborant sua, sed potius quoniam prętęr statutum, mẽsuram & modum ingravescunt calamitates, & multiplicantur iniquitates) finis rerum omnium imminere videatur. Quarum rerum mysteria etiam nunc in mundo operantur. Certant cum rebus molestis mala; crescunt cùm scelera, tum funera, vt culpę sic pęnę. Initia dolorũ hęc, immo vero & incrementa dolorum hæc. Refrigerium fit charitatis, multiplicatio fit iniquitatis. Erit afflictio magna qualis non extitit ab initio mundi, neq; existet; Crescit fœnus, crescit & funus. Quorundam, dicente Paulo, peccata ante manifesta sunt, pręceduntq; iudicium, quosdam vero & subsequuntur. Nam peccata partim manifestata, partim occultata ad iudicium festinant. Paret scelus, fraus latet, viget audacia, intus hypocrises, regnant rapinæ & iniuriæ, dolus malus & regit & vincit. Quæ vt in omni ætate obtinent, ita convincit Evangelium graviora in mundi senectute futura. Quæ vero intemperies? quę fames? aut lues? Nam & hæc appropinquant, & auctiora vel pęnę vel culpę gravamina, quam bella inferunt; quę cum corporum bonorumq; certissima dissipatione, invisibile sed ineffabile animarum detrimentum coniunctum habent. Cuius rei querela iustissima licet sit, in suum tamen locum atq; tempus differatur. Interim horum dierum, & quę imminent, temporum propriam sortem narret poeta, qui mihi non citaretur, nisi rẽ omnium

nium graviſſimam maximeq; tẽpeſtivam, nec non noſtram & non ſuam ſic demonſtraret, non quaſi narraretur, ſed quaſi gereretur.

——*Fugere pudor verumq; fideſq;*
In quorum ſubiere locum fraudeſq; doliq;
Inſidiæ & vires & amor ſceleratus habendi.

Prodit bellum, *Sanguineaq;* manu crepitantia concutit arma.

Vivitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero, fratrum quoq; gratia rara eſt.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Valeat

Poeta. Quid enim aliud depingitur, quam quod 28. Luc. 13. Matth. 24. quò certioribus, eo lugubriorib⁹ dictꝫijs enunciatur? *Dies vltionum* hi ſunt vt impleãtur omnia quæ ſcripta ſunt. Erit enim afflictio magna ſuper terram, & ira in pop. & cadent acie gladij, & captivi ducentur in omnes gentes, traditurus autẽ eſt frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent liberi adverſus parentes & morte afficient eos. Ne arbitremini (inquit dominus) me veniſſe ad mittendum pacem in terrã. Non veni vt mitterem pacem ſed gladiũ. Nam veni, vt diſſidere facerem hominem adverſus patrem ſuum & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam, & inimici hominis erunt domeſtici ipſius. Omitto cętera. Mihi vero vnus Michæas ſuffecerit, qui & Propheta & Evangeliſta ſcilicet quod ad has theſes attinet, ſic pronunciat. *Perijt benignus de*
Mich. 7. terra nec eſt inter homines ęqui rectiq; ſtudioſus, vniverſi ſanguini inſidiantur: quiſq; fratrem ſuum ad necem venatur. Princeps poſtulat, iudex in reddendo eſt, mag-

magnus corruptelam animi loquitur. Optimus est spinę similis & rectus sepe è spinis contexta spinosior. Ne credatis vos amico neq; in duce spem collocetis, ab ea quę in sinu tuo iacet fores oris tui obserua, quoniam filius vilē habet patrem suum, filia adversus matrem, nurus adversus socrum insurgit & inimici hominis erunt domestici ipsius &c. Nam hęc partim vt prophęta, partim vt Evāgelista, partim suā ad ætatē partim ad sæculi seniū collimans edicit Michæas. Siccine vero in omni ætate est optimus, spina spinosior? siccine Nusquā tuta fides? Vt non amico; non duei, non lecti socio, non filio non fratri, non patri sit credendum? Nihil igitur ominosius, nihil insidiosius, nihil infœlicius, nihil inquinatius, nihil immundius mundo existit, cui vt hosti semper obviam eundum, obsistendum atq; oppugnandum erit. Fuit aliquando ætas, vt regnante Salamone, Dives opum nec studijs aspera belli. Instet vero quis de ætate in qua cum luxuria, cum amentia, cum scelere non sit certandum. Cum vero vt homo sic mundus suam pueritiam, iuvētutem & senectutem habeat, singulę porro ætates sua certa studia immo vero vitia alāt, ecce tibi in tua ætate bella & bellorum genera 4. forinseca, intestina, domestica, tua: forinseca inter gentes, intestina vt intra eadem mœnia & cives; domestica vt intra eosdem parietes, & maxime affines, parētes, filios, fratres; tua, vicisti enim Cæsarem si viceris teipsum. Hæc enim verè sunt nostra certamina, in quibus qui vicerit coronam Mannah absconditum nomen incognitū, de quibus est in Apocal. recipiet, in quibus verè Christianis vt antiquitus Romanis, insitum sit aut vincere aut emori. Ar- Apoc. 2. 3

ma non minus quam membra, venditas tunicas, emptos gladios hæc tempora postulant, non pacem, non otium non togam cauſemini; ecce duo gladij hic, ſunt autem fides & patientia. Hæ enim ſunt illæ machæræ ſed ſpirituales, quas hi dies, qui dies vltionum ſũt, nõ minus ſingulis quam vniverſis intimãt. Ex altera manu luget patientia, ex altera fides. *Hæc eſt victoria veſtra quæ vincit mũdum, fides veſtra.* Regnum vero Dei non regnum potentiæ, non magnificentiæ, ſed patientię exiſtit. Prędmia, retributiones, coronas contemplari fidei opus eſt, hoſtilia vero ſpectare, cõputare ſumptus, res aſperrimas atq; afflictiſſimas perſeverãter ſuſtinere bonũ eſt patientiæ. *Intonuere* poli, crebris micat ignibus æther. Vigeat & vincat fides.

Tam culta novalia miles habebit?

Barbarus has ſegetes? Nam à barbaris ſegetes exuruntur, novalia à militibus poſſidentur. Murum aries percuſſit, ad tertium lapidem caſtra fixit Hannibal; æſtus, frigoris, inediæ patientes, pluſquam omnes Scipiones aut Fabios eſſe oportet. Cõtremuit terra. Mors imminet. Fide ſtatis, poſſidete per patientiam animas veſtras. Ingravescit fames, invaluere peſtes, fidem habete, patientes eſtote. Quem non corripit gladius, eum peſtis abripiet, Quem non abripuit peſtis, eum fames enecabit, Quem fames non enecavit, eum terræ motus deglutiet. *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ.* Ier. 6. 14. *Pax, pax, & non eſt pax. Sic enim qui ſq; ſibi ſuggerit in corde ſuo.* Adijcit ſibi quilq; diem vel dies. Cras, cras omnes clamãt. Corvorum autem clamor eſt, cras cras, teſte Auguſtino, non hominum. Ne differas in craſtinũ

reſi-

resipiscentiam tuam. Heri rescipuisse oportuit, hodie vel credentem pati vel patientem credere. Omnis spes celandi, omnis spes differendi, omnis effugiendi removenda. Ascendit secura opulentia hominum coram domino cùm publicè tum privatim celerem vltionem accersentium atq; accelerantium. Obsidet Ezechiel in latere Ierusalem. Est positus Ieremias contra gentes & regna vt evellat, extirpet, perdat, dissipet. Jncedit discalceatus Jsaias contra Æthiopiam vt narret discalceandos Æthiopes. Non celat Dominus Abrahamo Sodomam. Non facit Deus quicquam priusquam narret arcanum servis suis Prophetis. *Leo vbi rugit, quis non timet? Dominus loquitur, quis non prophetat? Frustra erit si velox fugere tentaverit, neq; fortis robore suo corroborabitur, robustus non eripiet vitam suam, qui inter heroes magnanimus est non aufugiet; in die illo dicit dominus, qui arcum tenet non subsistet, qui velox est pedibus non evadet, qui equo vectus est non eripiet vitam suam.* Amos 3. Huc vsque Amos, cuius acrimoniæ, vt duces exercitus, heroes, viros robore aut quavis virtute innitentes complectuntur: ita viros potius quam ipsas resp. & sigillatim singulos potius quam vniversos attingunt. Quos vt extra sermonum meorũ aleam si forte pertingerem, admonerem & hos esse dies in quibus nec fortis robore suo corroborari, neq; qui tenet arcum subsistere, neq; qui equo vehitur effugere, neq; magnanimus eripi possit. Dies vero qui vniversos nõ simul, attingũt tamẽ singulos seorsim, servi Dei atq; conservi nostri sunt, qui heri, & hodiè cędũtur atq; occidũtur, fũdũtur & fugãtur. Vrbes de die in diem obsidentur diruun-

tur, humo adæquãtur. Stat domus tua: Paries sed proximus ardet. Stant mœnia vrbis huius, proximæ vrbis vel satis propinquę mœnibus dissipatis ac dirutis. Quapropter veniet vel venit dies visitationis tuæ. Expurgaturus vineam dominus vocem nimis letalem edens, *per tres*
Luc. 13. (inquit) *annos quæsivi fructum ex hac ficu, neq; inveni. Quorsum igitur vel terram occupat?* Prosiliendo precemur cum vinitore Evangelico. *Dimitte domine & hoc anno donec fodiatur, excolatur, humectetur, vt exinde si fructũ nõ ferat exscindatur.* Eruditionem, intellectũ, pavorem edoceat vox illa terribilis. *Ficus fructum non ferens quorsum vel terram occupat?* Omne namq; regnũ, omnis civitas, omnis homo insignia virtutis sine virtute, quæstum pietatis sine pietate, formã religionis sine religione gerens metuat atq; horreat à voce domini. Quorsũ ficus terram occupat? Erudimini adhuc intelligite, expavescite & exhorrescite. Arbor enim quã dominus Deus è terrę sinu et gremio evomuit atq; eiecit, cui tandem fato, cui exitio, cui naufragio, cui incẽdio reservatur? videant idcireo vinitores, idest, magistratus, magistri, ministri, ne incuria sua vlla vinea, vlla vitis, vlla ficus arescat: Parabola non minus opportuna, quã conducibilis his quos vbivis gentiũ dominus deus pastores & speculatores posuit super Israel. Pastores vero & speculatores non vbiq; Ecclesiasticos, sed (vt Agamemnon pastor populi dicitur) & laicos, qui sũt cum imperio, confiteamini. Hos equidem non invitus rudimento vinitoris cõpellem; vt vbi vbi sint in luctuosissimis sæculis curam gregis ipsis cõmissæ augeãt, neq; vero tam clave aut gladio fulgeant, quam vt theologice loquar, verbo aq; exemplo præluceant. Quibus tamen

satis

satis cordatè & viva voce satis superq; admonitis, supersedeo. Greges, populum promiscuum, ideſt ficus ipsas & vites admoneo, ne curam omnem in vinitores conijciant. Tantam rem tam negligenter agier? Nam ô deploratam sortem non solum tuendæ verumetiam conservandæ vineæ dominicæ, cum rigatæ insertæq; ficus ac vites defendi se conservariq; vetent. Tantas infælicitates, barathra, latomias tenebras torm̃eta ceteraq; mala, quę malos manent, ante perpessa non horretis? Quovsq; tandem abvtemini patientia domini? Quamdiu & homines incuria hæc vestra eludet? Quem in finem vitã sine omni pavore transigetis? Vsq; quo tandem carnem sine mente, terram sine cœlo, vitam sine æternitate cogitatis? Animadvertite divinam misericordiam sed & longanimitatem; Resipiscite. Non enim in iniustitijs quas feciſtis sed in iustitijs quas facitis vivet anima vestra. Si non potestis quod sacrum est, facite quod humanum est. Non semper sacra, alta, vncta, sed & sana, humana, humilia appetuntur. Humanũ est deũ timere, regem honore debito prosequi, fraternitatem diligere, si quæ sint prętcrea, non semper optima sed accomodatissima secernantur. Ab imo ad summum non nisi sensim & pedetẽtim enitimur. Colite mansuetudinem, humanitatem, humilitatem; humilitati porro modestiam, modestiæ temperantiam, temperantiæ scientiam scientiæ integritatem & sanctimoniã superstruite. *Humiliemini sub potenti manu Dei.* Appropinquate per humanitates & humilitates, tunsa pectora, flexa genua, contritiones, collisiones, prostitutiones, recõciliationes, retributiones colite. percussus est quis ab Ægyptio? resti-

tit Moses. Patet quis iniuriæ; resistite & vos: Facit, qui non propulsat, iniuriam. Ipsi porro infirmastis, diripuistis, emunxistis. Reddite duplum, reddite quadruplum. Nam restitutiones & (vt ita dicam) recompensationes mihi religio est vel ab inferis excitare. Castra sunt in Italia contra remp: in Hetruriæ faucibus collocata. Nimirum nihil est inertiæ aut desidię loci. Redde, restitue: Frustra doletur peccatum, nisi restituatur ablatum. Vbi vero & doletur peccatum, & restituitur ablatum, ibi tãdem peccatum & doletur, & deletur. Reddite igitur, restituite, non solum ablata, verũ etiam deposita, nec deposita solum, sed & mutua & data: Nihil cuiquam debueritis. Dona atq; mutua quæ familiaribus familiaria sunt, vna cum prætexta deponantur, crepitantia vero arma, suavia cõtubernia, & familiaria dissolvãtur. Potiores sunt amicitiæ quam familiaritates, charitates quam
Rom. 13. amicitiæ. Clamat Apostolus. *Cui tributũ tributum, cui vectigal vectigal, cui timorẽ timorẽ, cui honorẽ, honorẽ.* Atq; hæc pacis sunt symbola. Bellicosa vero tempora sudores, negotiationes, facta atq; res præstitas desiderant, clamantq; vbi mola, molam, vbi vestis vestem, vbi gladius gladium, vbi res rem deniq; redhibendã atq; restituendam. Nihil habeat frater adversus te. Supererogare misericordiæ est, reddere iusticiæ, illud propitium hoc debitum est. A timore hostili discite timorem domini. Ab vtroq; impavidos esse irreligiosum est & inhumanum. Ab hoste vt ab homine si minus pallidi simus, verum tamẽ cõtremiscamus à facie domini & nè in æternum peccemus. Ego (inquit dominus) commoveo cœlum *& terram. Ego Deus, & gloriam meam non*

cedo alteri. Inter cętera Dei eulogia, dominus Deus exercituum dicitur. Enimvero, num pacis modo ac non bellorū est deus? Quā facile quā illico exercitus demoliatur, & dissipet dominus deus exercituum nihil attinet dicere. Hoc vero quis omiserit dum hic occidit & vivit, ille occiditur & moritur, non minus præsentem quam potentem adesse. Hanc autem fidem induti qua cautela, qua sollicitudine, qua anxietate, quo tandē esse animo debemus? Præpotente iudice atq, præsente sanguis effunditur, cuias sis nihil ad rem, sive victor sive victus, nihil interest. Nam sive tu Hispanus vincas, sive tu Anglus vincaris, sive tu Hibernus tandem victor evaseris, an parcius vel vberius, hic ibi alibi sanguis effundatur, lis est, domini vbi regnum vel tribunal aspicitur, sanguinem multum, innoxium non necessarium effusū esse horribilem reatum facit. Fac plures amiserint hostes (quanquam hoc amittendi vocabulum malum est, pręmisimus non amisimus defunctos) omnis consolatio est ex aliena miseria male potata. Plumbum plumbo adpositum petit deorsum gravius, sic calamitas calamitati addita auget calamitatem fortius. Neq; enim sursum petit illa fœlicitas quæ cum infœlix olim fuerit grandiori maioriq; alterius infœlicitate sese erexerit. Bellū Hebraice מלחמה à לחם pane dicitur, quia devorat mortales sicut panes. Tres Curiatij certant cū tribus Horatijs. Quinq; cæsi moriuntur, id est, cū duobus Horatijs Curiatij omnes. Atq; hic vnus Horatius superstes & victor sororem, Curiatiorum mortem deflentē occidit. Cæsis igitur & transfixis duobus Horatijs & tribus Curiatijs victoria stat ex altera parte, sanguis ex vtraq; Mich. 3. 5.

traq;. Neq; vero mortuos Horatios solari iam potuerunt mortui Curiatij quia plures. Ita in his bellis quæ cũ Hispanis & Hibernis geruntur, vbi milites Anglicani fusi & fugati, cæsi atq; occisi fuerunt. Nemini iocari videar, si perconter ecquod leva men medelãve militibus nostris defunctis afferre possit, si similiter Hiberni, aut amplius Hispani fusi & fugati immo cæsi atq; occisi fuerint. Iacent insepulta corpora & inhumata, et ad quæ facies cœli paulo minus verecundatur, de animabus interim altum silentium: Quot morticinia, tot scilicet martyria. Satis est enim incredulus multorum sermo in strage militum, regnorum atq; regum opes amissas deplorantium, quũ de ipsis mortuis, qualia morticinia vel martyria post se reliquerint, nemo interroget nemo respondeat. Nam si in civitate & ipsa pace qui absente patre, vel fratre, ministro, aut presbitero obierit, deflemus: Quomodo non deperimus necandos trucidandosq; milites, quandoquidem inter arma nõ solum leges sed & amicitiæ, fraternitates, presbiteria sanctitatesq; sileant. Nam strages militum, interitus exercituum, clades imperatorum, sine animarum sensu in frequenti mentione & memoria esse, aut irreligiosum est nimis, aut nimis religiosum. Nimis sapere desipere est. Nimium credere præsumptio. Nam quo tandem pertinet illa religio non collachrymari animabus mortuorum, aut illa præsumptio non condolere terræ quæ sanguinem præter modum imbiberit, cum hoc iustius
2. Tim 3. vereamur, ne nouissimis diebus adimplendum sit quod monet Apostolus, futuros homines ἀστόργους carentes affectu; quandoquidem tot funera ne fletus & lachri-

mas

mas quas humanitas & ipsa natura exigũt, extorserint. Non placent exequiæ, non est orandum pro defunctis. Religiones & dogmata in occasiones carni condonantur. In strage mortuorum vivis iuga excussa sunt; bona vel adempta vel adepta, dum auri sacra fames satiatur, dum regendi libido expletur, dum vxores, liberi, domus inveniuntur, mortem non fratris quia homo est, secundum id quod Evangelium pronunciat, sed revera patris fratris proximi quis deploret? Sitit mortes crescens sœculum,

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Hæres modo sit sortem aut dotem diuidens ante diem de nece inquirit, iustus qui est rerum suarum dominus vel dux, vel miles scribitur. Hunc bonis primũ suis, deinde ipsa vita emunctum, nihil est quod intimi aut familiarissimi minus curẽt, fundũ quam amplũ in proxima vicinia, quę armenta, quos greges, quale famulitiũ, quales ædes, qualia horrea, quot clientelas è repentino strenui ducis militisve cæde quis corraserit, dũ numeratur: eatenus de mortuis exequiæ celebrantur, quatenus ex iure & concesso res defunctorum ad superstites redeunt. Milites Hebraice probati & electi dicuntur quia selectos esse decet & probatos qui in exercitus scribuntur. Itane vero domi militiæq; otiose viuimus, quibus viriditas virtus roburq; desunt? quorũ cum stratagematis congaudere tum infortunijs compati oportuit; eorum ignominiam & calamitatem in exemplum non dico amissæ fidei & sanctitatis, sed probitatis & ipsius naturę in lucrum trahitis? qui si perinde ex intemperantia desides ac ex imbecillitate debiles sitis, crimi-

namur vt idoneos quos edicta potius quam dicteria coerceant. Nonne enim cum multa indigna, tum hoc indigniſſimum eſt, homunciones mulieres, viros animos gerentes muliebres de viris bellicociſſimis creſcere? adeoq; inertes ſtrenuis, & ut ille loquitur, ebrios ſobrijs dormientes vigilantibus inſidiari inſultare, & vſq; ad vſum-fructum (ut cum Iuriſtis loquar) prædominari. In bellis bellum voluptati indicitur. Invaſere vrbem ſomno vinoq; ſepultam. Fabritius Romanis cũ Pyrrho bellum gerentibus, cum Cineas Epicureorum & voluptatum in cœna regia mentionẽ faceret, exclamaſſe dicitur. O vtinam hæc Pyrrho & Samnitibus cordi ſint, quamdiu adverſus nos bella gerũt. Dux Carthaginenſium Hannibal ubi milites Capuæ afluentis vrbis voluptate ſua robora perdidiſſent, hac aut huiuſcemodi oratione Campana inſequitur. Vos luxuria marcetis, vino, ſcortis, omnibuſq; luſtris per totam hyemẽ cõfecti. vobis abijt illa vis vigorq;, dilapſa robora corporum animorumq; veſtrorũ quibus Pyrenæi Alpinumq; iuga ſuperaſtis. Reliquiæ virorum pugnatis, vix arma membraq; ſuſtinentes. Arma quidem ſignaq; eadem noſco quæ ad Cannas vidi & habui, ſed militem profecto aliũ in Capuam duxi, alium inde eduxi; vbi ille meus miles eſt, qui erepto ab equo C. Flaminio conſuli caput abſtulit? Vbi, qui C. Paulum ad Cannas occidit? Ferrum nunc hebeſcit? An dexteræ torpent? An quid prodigij eſt aliud? Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc pauci pluribus vix reſiſtitis. Atq; his ſuos partim corripit, partim horratur Hannibal. Porro clariſſimus (ſic enim eſt habitus) dux Rom. Scipio cum indulgentia quorundam

dam ducum, corruptum exercitum accepisset, eodem momẽto quo castra intravit edixit, vt omnia ex his quę voluptatis causa erant cõparata summoverentur. Constat tum maximum institorum & lixarum numerum cum scortis nõ paucis abijsse. Minime est necesse in documentum nostrorum exercituum, atq; ducum repetere antiqua, ex quibus reges, imperatores, summiq; huius mundi heroes à fœdissimis voluptatibus citius quã à crudelissimis hostibus enecantur. Satis habetur si Fabritius, Hannibal, Scipio, Carthaginensis & Romanus exercitus ostendant, castra metantibus nihil tam fatale quam voluptates esse; sic per concomitantiam, sympathiam, cõmuneq; in regem, gregem, legem officiũ atq; obsequiũ in vniversum mortalibus incumbere, bellum voluptatibus indicentes, obsequijs divinis per novas leges & disciplinas securibus cõstrictas vim facere. Enim vero satis constat qui pace fruuntur, his vt vberius sic instãtius Deo serviendũ esse; dũ armati excubias agũt, dolores exantlant, mortes subeunt, audientne pacifici prophetas, tanquam eleganti melodia canentes, etiamne ventri & genio indulgentes, tecto ac lecto immorientes, vnguento vino & oleo nitentes atq; olentes? quibus Amos. *Væ opulentis in Sion qui in longinquum reijcitis diem malum. Qui dormiunt in lectis eburneis indecore se distendentes, in grabbatis suis, qui agnos ex grege comedunt & vitulos pingues ex corte varijs modulationibus concinunt, videntur sibi perinde vt Davidis instrumenta comparari.* Amob. b. Qui vinum in pateris potant præstantissimis vnguentis delibuti; neq; illos dolet quod Ioseph atteratur, idcirco in captivitatem abibunt. Tum recedet cõ-

vivium luxuriosorum. Juravit dominus per semetipsũ. Dicit dominus deus exercituum: Festum Jacob averſor &c. Ecce pinguia ex corte & grege, instrumenta Davidica quæ vina coronant, in phialis vnguenta quæ præstant, convivia quæ affluunt, & superbiæ & malorũ cum culpę tũ pœnę origines & turbantur & turpantur. Fac vero lectisternia non eburnea sed lignea, mactilia non pinguia sed vtcumq; saginata, musica instrumenta non Davidica sed dulcisona, vnguenta non præstantissima sed præstantia, vina non in vasis Corinthiacis, sed vt rubent in vitreis, convivia non luxuriosa sed læta, fastum non vltimum sed tamen aversandũ, nostra esse. De ebore, pinguedine, nablo, vino, vnguento, phiala, paropside non laboratur. Fastus noster est, luxus noster est. Fastum & luxum ut arcemus quia mala, sic nũc horremus quia intempestiva. Non est horum dierum differere an homines in vitio sint, an res in crimine. Quinimo clamamus cũ Apostolo. *Emundate manus ô peccatores & purificate corda duplices animo. Affligite vos & lugete, & plorate, risus vester in luctum convertatur & gaudium in mœrorem. In delitijs vixistis super terram & lasciviſtis, enutrivistis corda vestra sicut in die mactationis.* Atq; hæc fere opulentissimorum sunt crimina; nam indigẽtium quo modo? Enimvero fructum divitiarum & delitiarum insequitur & Propheta graviter, & adhuc Apostoluus gravius. *Condemnastis iustum & occidistis neq; restitit vobis*; Interserit Propheta, *Nemo atteritur super attritionem Ioseph.* Quid igitur est? Vino oleis vnguentis vti non licet? Accusat Antonius Ciceronem quia in exercitu mæsto satis esset hila-

Iac. 5.

ris

ris. Excusetur sane per naturam hominis non per vitiũ voluptatis. In luctuoso tempore ipse si lugeas, eleganter quisquis dixerit, in luxu potius quam in luctu. Sin vero satis sis hilaris, da iuxta Salamonem *siceram mœrenti & vinum his qui amaro sunt animo, vt obliviscãtur inopiæ suæ & calamitatis suæ non vltra recordentur*, Da vinum afflictis, da oleũ perculsis & cæsis; Ne sit sine oleo exercitus non cohors non miles, Vinum & oleum infundit Samaritanus in vulnera afflicti, facite & vos similiter. Redeunt milites vix arma & membra ut cũ Hannibale loquar, sustinentes: vigor, vis, virtus abiere, dilapsa robora animorum & corporum, reliquiæ virorum reuertuntur, arma signaq; eadem noscimus sed non eosdem milites in aciem induximus, & extra aciem eduximus. Nam quales Carthaginenses à voluptatibus tales nostri à miserijs reuertuntur. Videte ne stomacho aut humano aut priuato laboretur. Aliquid enim humanitùs patimur, dum non solũ ad morticinia, verũ etiam ad mẽbra mutilata exanguia squallida horreatur. Hic oculos à tergo gerimus. Eminus quod horridum est suspicitur. Hinc reatus nauseæ sternutationes risus atq; cachinni. Hoccine vinum, hoccine oleum quod infunditur? Pulchre sibi allegorizant qui oleum & vinum, legem & Euangelium interpretantur. Equidem ut parabolam nec rem gestam facile assentiar, de ipso vino atque oleo dictum ad commendandas eleemosynas dicerem. Etiã Fratres redierunt ex Hispania Hibernia &c. quorum vlceribus atq; vulneribus vina atq; olea vestra instar Samaritani infuderitis. Hi sunt enim quos hac tẽpestate (vt inquit ille) aut auxilio aut consilio aut re iu-

veritis. Hi sunt qui operas vestras aut benignitates expetunt; hi qui Mammonah iniquitatis in materiam atq; authoramentum salutis exigunt. Hi deniq; per quos, vbi hinc discedatur, in æterna vitæ æternę habitacula recipiamini, vtrum materialiter an formaliter, vtrum sufficienter vel efficaciter, vtrum per se, vel per accidēs, ne moremini. Non est horum temporum differere, sed facere. Facite facite (inquam) vobis amicos ex Mammonah iniquitatis. Nemo tergiversetur, nemo ambigat, nemo hæsitet aut latebras paret. Non pallium quia civis, non togam quia Academicus, non templum quia sacerdos alleget. Pallia periculis, toga armis, templa tēporibus cesserint. Propter dies malos & breves mihi credite, non vitijs non vijs veteribus immoremini. Nūmularijs primo quoq; tempore, talenta sive plura, siue pauciora, comissa atq; concredita exerite atq; exercete. Nolite altum sapere, ac si solæ prudentiæ, sapientiæ, scientiæ, talenta sint vestra. Dum hæc in contemplatione sublimia petuntur, præsentia nō minus obvia quam ad vivendum necessaria periculosissimè & retinentur & reconduntur. Præsentibus bonis est vtendum, instar talentorum sit vestis, arca, vis, mens & manus tua, *Nesciat sinistra quid faciat dextra.* Christianus es, Christianum nihil à te alienum credas. *Pauper sis* (inquit Chrysostomus) *attamen duo minuta, duos pedes habes.* Sic enim ille. Negat enim vllam veniam esse eleemosynam non exhibēti; vbi si misericordiam legeris, sine vlla auxesi, aut Hyperbole pronuntiatum & axioma verum deposuisset. Nulla est enim, nulla venia misericordiam nō exhibenti; transferuntur scilicet eleemosynę ad divites,

sunt

sunt autem misericordiæ omnium & singulorum. Frequens vero est cùm vitiorum, tum virtutum quæ molestę sunt ad alienos dominos translatio. Vt vitia alicuius periculi metu: sic virtutes quæ vel male olent, vel audiunt, quales sunt eleemosynæ, ieiunia, saccus, pœnitentiæ agnitiones sanctimoniæ, inimicissimorum citius quam nostras esse malumus, vt sacratissima Dei charismata regiæ in regiones, regiones in vrbes, vrbes in Academias, Academiæ in ecclesias, ecclesiæ in sacerdotes, sacerdotes in mortuos transferant. Quid est autem tam improuisum, tam importunum, tam ab omni bona re aut spe derelictum, quam ut pius quisq; præsertim in extremo mundi halitu horreat à sacris Dei, quibus cætera charismata & virtutes ut olim victimæ tanquam igne & sale condiuntur, dum iustitia sed non Dei iustitia, sapientia sed non quæ è supernis est, virtus sed non quæ est ex fide & religione, colitur. Id si vobis insitum sit, vobis inprimis qui nobilissima pectora geritis, si tantoperè gloria virtutis umbra delectet, si tantopere cœnum & fœnum fugiatis, arripite tempora vestra; arma viroſq; canunt, vigent inter arma eximię & heroicę virtutes, silent sacræ & humiles. Hic ope opus est vestra, hic vis & virtus vestra, quibus bellicosa sũt pectora, desiderantur. Cedat iam nunc toga armis. Non diffitemur sed dolemus tamen. Nõ igitur postulatur, ut magnanimitates, animositates, fortitudines exuantur, verũ ut simul integritates, placabilitates adeoq; sincera pectora induantur. Resignate voluptates atq; rebus prę-clare & cum fiducia gerendis incumbite. Mollia & muliebria respuite. Mansueta vero & mitia, ut magnis qni-

nimo

nimo ut magnificis & magnanimis dignissima arripite & adamate. Difficile dictu est vtrum fortior sit contra hostes fortitudo, quam apud milites mansuetudo. Immanis res est audacia, inanis timiditas, vera fortitudo ut modum modestiamq; novit, ita æquitatem similiter & fidem. Diomedes (ne dicat Hector, me perterritus fugit & in castra se recepit) dimicaturus est cũ Hectore. Vos autem ob probrum Hectoris ne prosiliatis, aut prosternatis Hectorem aut Achillem, sed ubi ius atq; fides postulant, signum vel receptui, vel processui canatis. Pyrrhi potentissimi regis occasum cum scelere Romani non approbaverunt. Absit scelus, absint perfidię, proditiones traductiones atq; miseræ iniquitates quæ ipsum Deum hostem accersunt. Ecce enim dominum deum exercituum & contra luxurias & contra avaritias, & contra omnes vitiositates dimicantem & castrametantem. In ipsa effusione sanguinum atq; inter ipsa cadavera, mentes humiles atq; pacificas in timore domini circumferentes sitis. Pugnat caro immemor spiritus, pugnet corpus memor animæ. Omne lucrum præ animæ iactura in omni bilance concidat. Vestra sit vox domini, vobis dictum putate. *Timete ab eo qui & corpus & animam conjicit in Gehennæ ignem.* Etiam dico vobis, ipsum timete à cuius timore oriunda sit non sanctitas solum, sed pro virtute virtus præstantior, pro fide fides beatior, pro humilitate humilitas fœlicior, pro ipsis militaribus disciplinis & obseruantijs, disciplinæ & obseruãtiæ gratiores & meliores. *Scriptum est: mihi se-*
Phil. 2. *se flectet omne genu, mihi confitebitur omnis lingua, mihi exercitus cœlestis terrestris infernus morem geret &*

ob-

obtẽperabunt. Obsecro fratres, castra inspectãte deo exercituum sine Deo prodeunt? Instruite porro heroes acies dum obnubilatur dominus; sic enim arte & Marte vincetis vestro. Immo vero castra auspicentur à timore domini. Doceantur ignari, humilientur elati, erigantur afflicti, erudiantur singuli; ut infirmus in pace sic infirmatus in castris accersat presbiterum, oretur super ægrum, vulneratum & semimortuum. De Mose & Christo, de lege & Evangelio, postremo de animarum salute inter ipsos armorum strepitus, voces atq; dicteria domini circumvolent & circumsonent. *Quis det* ut vel in decrepita orbis senectute obtineat, ut domi militiæq; regnet, & palmam in cordibus nostris ferat Christus, ut sub cuius auspicijs bella & suscipiantur, & sustineantur, & deponantur. Romani non nisi auspicatò bella gerebant: Nam cùm duces, tum plenos exercitus prodire in castra, timore Dei percussos decet. Frustra & foris sunt arma, & consilia domi, nisi domi foriſq; sanctimoniæ habeantur. Non duces solum, sed et milites Deo freti prælia ineant, res magnas & ancipites parent, ne fidant in *homine, ponant carnem brachium suũ*. Non est non est (Deus bone) concredendus exercitus, non legiones non cohortes viro, qui à Deo tãquam auspice & duce non pendeat & reformidet. Neq; vero rerump. præsidia, vitæ plurimorum, salus vniversa mortalis hominis eiusdemq; peccatoris, stratagematis, prudentijs, viribus nisi infœliciſſime innitatur. Duces idcirco, priscorum Romanorum exemplis, ut per Ethnicam & (ut loquitur Paulus) insciam generationem ad æmulationẽ provocemini. Scipio præclariſſimus imperator Ro.

auſpicatò contra Hannibalē & Carthaginēſes hac cō-
Liv. cepta precatione his verbis egreditur : Dij deæq; (inquit) maria terraſque qui colitis, vos precor quæſoq;, vti quę in imperio meo geſta ſunt, & gerūtur, poſtq; gerētur: ea mihi populoq; & plebi Romanę, ſocijs nominiq; Latino, qui populum Romanum, quiq; meā ſectam, imperium auſpiciumq; terra mari amnibuſq; ſequūtur, bene vertant, eaq; vos omnia bene iuvetis, bonis avibus adſitis, ſalvos incolumeſq; victis perduellibus, victores ſpolijs decoratos, præda onuſtos triumphanteſq; mecū domū reduces ſiſtatis, inimicorum hoſtiumq; vlciſcendorum copiam faxitis, quæq; populus Carthaginenſis in civitatē noſtrā facere molitus eſt, ea ut mihi populoq; Romano in civitatē Carthaginēſiū exempla edendi facultatē detis. Hac precatione, vbi Roma & Anglia aut ipſa ſæcula cōferātur, nihil eſt inquinatius. Nā idolatriæ quę pluralitatem Deorum aſtruit, quę hęreſis, quæ incredulitas æquiparari poteſt? Plena ſunt cætera omnia cœnodochijs, maleuolentijs, inſcitijs. Interim quali numine vel lumine in priſcis temporibus Romani affulgerent, ut cætera taceantur, vel ex una illa phraſi quæ iā in prouerbium ceſſit (bonis avibus) ſatis elucet: Narrat pontifex maximus, indicant Flamines, auguria, auſpicia, in quibus per avium motus, cātus, exitus, introitus, habitudines & geſtus varios bono vel malo omine res maximas gerebant. Quod ut ſatis liquet ſic non inſulſa illa Appij Claudij oratio eſt, Eludant licet nunc religiones; Quid enim eſt ſi pulli non paſcantur ſi è cavea
Lib. lib. 6. in oratione Ap. Claud. tardius exeant, ſi occinerit avis. Parua ſunt hæc ſed parua iſta non tontemnendo maiores noſtri maximā hanc rem fecerūt. Ne erretur, Oratio hęc eſt inſtar argumenti

menti à non causa ut caula. Neq; enim flamines, augures, aruspices, aues in causa fuerunt cur res Romanæ crescerent, sed quę antiquitus apud illos viguerunt, probitas, virtus, fides. Iam vero non placent idololatrię aut superstitiones. Valeant igitur Ethnica, sed ea lege ut in horum temporum erubescentiam, (quandoquidem illis religiosè, nobis Ethnicè res grauissimę susceptæ sint) afferantur. Sed enim profanis historię & res gestę Machabæorum succedant. Expetibilis est iste liber Machabæorum in quo hodiè duces versetur, ut discant sanctius prœesse militię. Trium dierum ieiunium in his inuenietur. Diei etiam atq; noctis clamores. Ne delectent res gestę Romanorum, Carthaginensium, Athenienſium, Ethnicorũ. Historias historijs, personas personis, victorias victorijs facile anteponimus. Primum idcirco Iudę Mac. sicut Scipionis conceptis verbis supplicationes sic accipite. Hic cognatis evocatis, & adscitis his qui in Iudaismo perstiterant ad sex millia, inuocabat dominum vt afflictum ab omnibus populis respiceret, vt misereretur templi ab impijs profanati, vt misereretur labefactatę & iam prope solo ęquandę urbis, utq; clamantem ad se sanguinem exaudiret, & recordaretur iniustas innocentium puerorum mortes factasq; nominis eius contumelias, atq; odium scelerum declararet. 2.Mac.8

Et rursus. *Tu domine ætate Ezechiæ regũ Iudeæ angelum tuum misisti qui milites Senacharib interfecit ad centũ octoginta quinq; millia; Idem nunc quoq; dominator cælorum demitte angelum bonum qui nos ad pauorem & terrorem istorum antecedat. Vt qui sanctum populum tuum cũ impia contumelia impetunt, potentia lacerti tui consternantur.* 2.Mac.15.

nantur. Hæc Iudas Macc. Porro sit tibi illustrior quam Scipio aut Hãnibal, qui maior aut minor dux es, qui tribunus militum, qui magister equitum, sed & ecce antesignanum vestrum, centuriones & quinquagenarij; nõ ad novum illico testamentum quasi ad novum vinũ vos citamus. Effringet nos si vtres simus, vtres inquam veteres; Ad libros regum atq; iudicum qui sũt in Canone transvolamus. Accedunt annalia, ab his precationum, ieiuniorum, sanctitatum, sicut omnium rerum egregiarum exempla sumãtur. Asa rex Iudæ à Sicera Æthiope numeroso exercitu impetitus, ut est secundo Annal. 14. sic precatur. *Domine nihil refert apud te, vt auxilium feras vel multis, vel his quibus non est robur. Fer opẽ nobis ô domine deus noster quoniam te nitimur & in nomine tuo aggredimur multitudinem istam, tu es dominus deus noster ne prævaleat tecum mortalis. Fudit itaq; dominus Æthiopes coram Asa & coram Iudah.* Vnde 16°. Annal. sic Hanai propheta ad regem Asa: *Annon (inquit) Æthiopes & Lubin habebant validissimum exercitum in curribus & multis equitibus, sed quoniam nitebaris domino, tradidit ille eos in manum tuam. Nam oculi domini discurrunt per vniversum orbem, vt roboret hos qui erga eum integro sunt corde.* Huc vsq; Hanai prophe ta. Rex vero Asa & oravit, & credidit, & hostes fudit. Asæ superveniat Iehosophat patri filius qui propter Moabitas & Ammonitas ingenti exercitu expeditos in prælium, metu perculsus, presente atq; ieiunãte populo, in hunc modum domini faciem præstolatur. *Domine Deus patrum nostrorum. An non tu es deus noster in cœlis? An non tu imperitas in omnibus regnis gentium? an-*

non

non in manu tua robur est & potentia? Neq; est qui se se contra te statuat. An non tu Deus expulisti habitãtes huius terræ coram populo tuo Israel, dedistiq; eã semini Abraha amici tui perpetuo. Qui habitarunt in ea ædificarunt q; tibi sanctuarium nomini tuo, dicentes: Si irruerit super nos malum, gladius vindicans pestilẽtia aut fames, stabimus in conspectu domus istius & coram te. Siquidẽ nomen tuum est in domo ista & clamabimus ad te de tribulatione nostra, tu vero exaudies & opem feres. Nunc vero Moabitæ Ammonitæ & mons Seier rependunt vt exturbent nos de possessione tua. Quid multis? Documẽtum dat posteris Iehosophat precandi, ieiunandi & cõgregandi populum. De exitu (vbi verè erudimur) non laboratur. Sed tamen cuius res gestæ pares? quis triumphus conferendus? Nam Moabitæ Ammonitæ Seir, id est, hostes Iehosophat inter se quisq; iuverunt proximũ suum in mutuum interitũ. Vsq; ad Iosuam & Abrahamum respicit in his supplicationibus Iehosophat. Memorabile est vt Abraham paucis quos secum eduxerat erepto Loth, reges sui temporis devicerit. Iosua vero ingressurus Canaan triginta plus minus reges prosternit. Quandoquidem autem Iehosophat ipsius Salamonis cum templum inauguraretur, & arca inveheretur, & tempestivam huic ęvo adeoq; vniversę thesi, quę mihi in hoc themate intimatur, dedicatoriã orationem citat, ea supersedere quamvis prolixa mihi religio fuit. *En (inquit) cæli cæliq; cælorum te non capient, quanto minus ædes ista quam erexi. At tu respicias & aperti sint oculi tui ad domum istam nocte ac die ad locum de quo dixisti. Erit nomen meum illic.* Precatio est in hanc sen- 1. Reg. 8.

tentiam. Vt dominus de loco suo in cœlis exaudiat orationes de loco suo in terris. Atq; hypotheticæ illæ theses Salamonis & nimis huic læculo opportunæ, ne sint oneri dum percenseantur. *Cum corruerit populus tuus Israel coram hoste, eò quod peccaverint in te, reversi autem fuerint ad te, & laudaverint nomen tuum, oraverint atq; suppliciter rogaverint te in domo ista, tu exaudies in cœlis propitiusq; eris peccato populi tui Israel. Cum cælum fuerit clausum vt non sint pluviæ, eò quod in te peccaverint, si precati fuerint hoc in loco confessiq; fuerint nomini tuo, reversi scilicet à peccatis suis (quandequidem eos afflixis) tu exaudies è cælis, propitiusq; eris peccato servorũ tuorum atq; populo tuo Israel, dirigens eos in viam bonam in qua incedant, dabisq; pluvias super terram tuã quam dedisti populo tuo hereditatem. Porro si fames fuerit in terra aut pestilentia, aut si fuerit rubigo ærugo locusta aut bruchus aut si hostis eius obsederit eum in terra portarum suarum. In summa quæcunq; tandem afflictio, aut quicunq; morbus inciderit, omnem orationem omnẽq; supplicationem quæ facta fuerit à quocunq; homine ex universo populo tuo Israel, & quisq; norit afflictionẽ in corde suo, si expanderit manus suas ad domum istam, tu exaudies in cælis in habitaculo mansionis tuæ propitiusq; eris, & facies & dabis vnicuiq; iuxta omnes vias suas, quãdoquidem cor eius nosti, tu enim solus novisti cor omnium.* Huc vsq; Salamon. *Quæcunq; tandem afflictio quicunq;* (inquit) *morbus inciderit.* De fame peste & bellis sit memoria, vt super quæ invocandum esse nomen domini cũ maxima celebritate, & disciplina commonefacit. Cũ vero quatuor sint numero supplicia quę habentur maxima

ima & in tribus conueniat nouo testamento cum veteri, fame, peste & bellis; in quatto discrepent, vt in terræ motu quod est novi testamenti iudicium, cum mala bestia sit veteris: reliquæ sunt (vt videtur) duæ correptiones, à quarum alterutra vel vtraq; sit reformidandū Hoc est, mala bestia & terræ motus. Ezec. 14. dicit dominus. *Si confringam baculum panis si bestiam malam induxero per terram, si gladium induxero si pestem immisero, & fuerint tres illi viri in medio eius Noah, Daniel, & Iob, Ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas, non liberabunt filios aut filias, ipsi soli liberabūtur, & terra vasta erit.* Vt breviter narrem, immissione malæ bestiæ terræ vastitas inducitur. Quas autem clades, quæ infortunia humano generi malæ bestiæ inferant nihil attinet dicere. Desierunt forte animantes qui sunt (ut cum Iurispiritis loquar) feræ naturæ, vel id quod est verius dicere, decreverunt. Quare ut fami pesti bellis, fera in veteri, sic terræ motus in novo testamento succedit; de qua graviſſima quidem illa Dei vltione dum pauca intertexantur, ne quis miretur aut gravetur. Terræ motum Anno Dom. 1579. vlq; ad tremefactionem hominum & rerum inanimatarum concussionem & sensimus, & horruimus. Sine modò, si terræ motum terræ metum dixerim. Nam hic motus vrbibus oppidis villis ædibus (ut ne dicem, Angliæ) metum modo incussit, rem ipsā non intulit. Quandoquidem vero terræ motus divinā potentiam & vtcunq; præsentiā ineffabiliter demonstrat, adeoq; inter cætera prodigia commonet & commouet; peto à facilitate tua (Christiane lector) ut errorem meum minus diuturnum exi-

stimet,

stimes, si animi aut verius animę causa ex re de re omniũ formidolosissima diutius differã. Inter cætera ficus germina non vulgare est terræ motus. *Dabo* (inquit dominus) *Prodigia à cælo sursum & in terra deorsum.* Act. 2. Ecce duplicia prodigia quæ a cœlis vel quæ in terris patebunt. Cum autem terræ motus sit ex his quæ dantur in terra, licetne partiri in duas species, quarum hæc concussionem vel tremefactionem, illa apertionem & ipsum hiatum demonstret. Apertio fit ut in re Dathæ Coram & Abiram, qui cum omni suppellectili in hiatum descẽderunt: Cõcussio, qualis fuit 16. Act. cum propter Paulũ & Sylam orantes concuterentur fundamenta carceris, vel quoties quatit modo terra adeoq; cum homines, tũ animantes & res creatæ vacillent, modo non corruant. Cuius speciei iam & hęc nostra concussio sit quę ante proximos hos annos accidit. Quoniam vero sunt inimicitię ante pugnam, scintillę ante ignem, nubes ante pluviã (Nam & quę pręmonent pręmuniunt) reliquum est ut noster metus, qui in admonitionem Anglię non irreligiosè quasi redivivus citatur, pręcursor & monitor sit terrę motuum, qui sub adventum domini sunt futuri. In quibus terram dehiscere aperire os suum & omnia deglubere sine vlla cunctatione creditur. Perijt per clementiam Dei in cõmuni periculo vnus aut item alter, labefactata sũt sed non in ruinam, templa, tecta, męnia strata adeoq; vtensilia omnia. Minatur hęc tremefactio, quę animata & inanimata complexa est, terrę-motus magnos, grãdia & gravia appropinquationis domini testimonia, quę eo sunt tristiora, quo clarius est nõ aliunde quam à domini manu terrã aperire os suum. Nõ fames

fames, non pestilentiæ, non bella, immo vero extricet si quis possit, an ulla consummationis rerum omnium nostręve expectationis clausula signũ sit certius aut horribilius. Nam primum quod ad famem attinet, claudit dominus manum suam claudit & homo, vt fames per tenaciratem hominum enecet, cũ nec cœlum clauserit dominus nec terram. Nimis clauduntur horrea Ægypti, nimis prospicitur Pharaoni, cum reserari externis, nec solis possessoribus reservari occlusa repositoria & charitas & natura ipsa suadeant. Plusquam lupus devorat avaritia. Nam si ad cœlum ferreum, & terram æneam, avaritia humana accesserit, ut non modo dominus deus sed divites etiã dij sint futuri, quæ relicta spes vulgo hominum creatur quam vt ipsa fame, frigore, inedia homo homine enecetur. Eadem vis humana in pestilentijs & bellis obtinet. Habent enim bella, fames, pestilentiæ hoc idem à terræ motu commune quòd ab intermedijs & quasi vicarijs hominum ministerijs vicissim & invicem tradantur. Pestilentiæ ipso concursu & contactu nec non & halitu invisensium, affinium, amicorum, non tã oriuntur quam augẽtur & transfunduntur. Bella atq; seditiones pessimę artes avaritia atq; dominandi libido in sæcula induxerunt. Atqui bella & seditiones fames & pestes quousq; invaluerint aliorum sit iudicium; equidem vt opera & opere hominum oriri & conflari dicam, sic clementissimę domini misericordiæ facilè tribuam quod sic inflicta sint, vt non secus quam terræ motus seminari seditiones & fames, & non vsq; ad internecionem quę ex ipsis futura est vltima, occidere credantur. Vide (pie lector) si bene numerem, bella atq; fames. Nam pestem quę non solum in insignissima il-

la quã Anglia habet, civitate miſerę graſſata eſt, ſed iã ętiã in venis & viſceribus reip: inſedit atq; inveterauit, non auſim dicere. Spondeo enim ſemina modo horum malorum & non ipſa mala hauriri & horreri, vt quatuor illa ſigna evangelica ſubnaſci, vires ſumere, incrementa vero vſq; ad maturitatem pati ſub ipſum adventum domini videantur. Nam ea & æſtatem & hiemem ſuam ferre ex his dictis conſtat. *Initia dolorum hæc ſed nondũ finis. Et his fieri incipientibus attollite capita veſtra. Appropinquat enim redemptio veſtra.* Prævaluere fames & prævalent, ſed non in interitum catholicum & finalem; invaluere peſtes & graviſſime invaluere, niſi quod Anglia quaſi puncto orbis terrarum fruimur. Nam ęteræ regiones albæ ad hanc meſſem ſunt ſcilicet, noſtra (credo) maturuit? Exarſerunt bella: Sed imminent ecce graviora; quæ omnia non piget iterum & ſæpe admonere, quod hominibus etiã minantibus atq; machinantibus, vel ingreſſum, vel egreſſum, vel progreſſum ferat. De ſolo autẽ terræ motu pronuntiatur, *Cui nihil homo addere poteſt nihil demere*, ſic à Deo demiſſo vt irrefragabiliter ſoli potentię divinę tribuatur. Huc accedit quod cum ęętera quæ admirabilia ſunt & formidoloſa vt tonitrua, fulmina coruſcationes, obnubilationes eccliſes partim exciſionem rerum & extirpationem, partim φιλανθρωπίαν domini quibus res creatę gignuntur, aluntur, corroborantur, enarrent: terræ motus, vt qui diſſolvit naturæ effecta, intra res quę concuſſione aut diſſolutione elementorum horrori ſunt nõ numeretur, vt ad hunc auditum non de tempeſtivitatibus fructuum, nõ de humanis caſibus, verum de acquiſitione

sitione fidei aut naufragio, de retributionibus aut iudicijs quæ sunt secũdum Deum, interius atq; intensius sit videndum atq; contemplandum. Vt enim magna fortassis sit copia cõmemorandi cùm profanis tum sanctis scriptoribus, quę per terræ motus atrocissimè ęrumnosissimeq; humano generi acciderint: ea tamen malo afferre, quæ cum primo & secundo adventu Christi coniuncta habeat, quamq; efficax & potens sit, vbi de fide, resipiscentia, vltionibus & pręmijs vltimis tremendi iudicis sit meditandum. Pauli & Silæ ad preces (missi enim in carcerem media nocte precantur) subito terræ motus factus est; nihil fit mirabilius, mota sunt carceris fundamenta, aperta sunt ostia, & vincula vniversorum soluta, evaginato gladio quo se interficeret, custos carceris prosilit Paulo & Sylæ ad pedes. *Domine* (inquit) *Quid oportet me facere vt salvus fiam?* Vi victa vis est, vis humana viribus divinis, Paulus & Sylas è carcere eruũtur, motu ut manu Dei solvũtur vincula vniversorũ; *credit minister, baptizatur domus infidelis.* Hæc vero vniversa quomodo nõ Deum implorandum propitiandũ perhorrescendum demõstrant? Act. 4. demissis Iohanne & Petro à sacerdotibus, cum iam ad suos venisset, ex eo quod sustulisset voces suas his verbis, *Tu es Deus qui fecisti cælum & terram &c. motus est locus & repleti sunt omnes sp. Sancto.* Hic itidem effecta terræ-motus sũt, Sp. Sancti fermo fiducia cor vnum anima vna, omnia communia; in quibus quomodo non dominum contremiscendum, quomodo non ut pręsentem admiramur? A passione dominica post tenebras à sexta hora ad nonam, post scissum tẽplum in duas partes à summo

Act 16.

vsq; ad imum sequutus est terræ motus, & petræ scissæ sunt, & monumenta soluta, & multa corpora sanctorum qui dormiverunt surrexerunt è monumentis, & post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem & apparuerunt multis. Quæ cum ita essent, Centurio, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu & his quę fiebant, timuerunt valde, dicentes, Verè filius Dei erat. *Viso* (inquit) *terræ motu* cum his quę fiebant, credidit Centurio & qui cum illo erant. Vide S. Ambros. in 23. Luc. in hæc verba, Verè hic homo iustus erat. O duriora (inquit) saxis pectora Iudæorum. Finduntur petræ, sed horum corda dura evadunt. Iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum voluntaria morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reserantur: Iudæorum tamen immobilis duritia manet, orbe conçusso. Quis talia legendo, cogitandoq; cũ sanctissimo patre non vociferetur, lamentetur, admiretur? Nos vero cæteris omissis vrgemus terræ motum esse cum passione domini inter potentia miracula quæ orbem obstupefaciunt, contemplandum atq; contremiscendũ. Quid enim potentius? quid mirabilius? quid formidolosius? quã *petræ scissæ, monumenta aperta, corpora sanctorum redivíva*? quid desiderabilius, quid appetentius, quid fructuosius quam *fidens Centurio, custodientes Iesum iam credentes in Iesum, satellites Pilati cum Petro confitentes: Hic homo iustus erat, aut vere filius Dei ille erat.* Nam quis est iste metus? quæ talis formido? quanta religio? quam incredibilis anxietas? quam vehemẽs ardor? Qui oculi vultus animi? quæ cordium animorumq;

Mat. 27.

rumq; transmutatio? Quam nova sanctaq; conversio? Faciunt fidem miracula: Exigunt vero hæc miracula non solum ut credas, sed etiam (ut est in Apocalypsi) *vsq; ad mortẽ sis fidelis.* Viso (inquit) terræ motu primitus & per excellentiã (vt loquuntur) cui pleraq; omnium cursu & ductu ipsius naturæ tribuuntur, quę circa passionem acciderunt. Nam ut non sint rediviva corpora sanctorũ, hinc tamen petrę scinduntur, monumẽta reserantur, ossa mortuorum eliminantur. Postremo nihil est tã humi depressum, aut tam penitus demissum atq; sepultum quod nõ stirpitus eradicetur. Verũ e nim vero sicuti terrę motũ potẽtię eius à passione testẽ voluit dominus: sic concurrere cum fame, bello, peste, ut maximè memorabilẽ (ut diximus) (addimus) et indivulsũ & individuũ 2^i aduẽtus testẽ voluit. Nã cętera illa iudicia cũ tria sint, habẽt lex & prophetę, vbi solummodo clades vrbium regnorũq; occasus prędicũtur; sub nova porro lege vix de extremo die fit memoria quin subire in improvidas mortaliũ mẽtes resipiscẽtia ex apprehensa pinquatione domini, quę ex terrę motu suadet^r, & possit & debeat. Ex quo fit ut proprie pręter cętera novi testamẽti quasi symbolũ & signum adventus domini nostri terrę motus asseveretur. Cui nihilosecius cum cęteris cõvenit quod à singulis duplici intuitu horreat^r. Nã & ipsa per se horrenda divini Numinis iudicia, & extremi diei antesignana, & mortis mundi præcursoria rerumq; omnium dissolutionis pręmonitoria contemplamur. Apoc. 6. *Vidi* (inquit Johannes) *cum aperuisset sigillũ sextum, & ecce terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicius, & luna tota* Apoc. 6.

facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno movetur & cælum recessit &c. In hoc viso Iohannis nō concomitantia signa sunt ut apud Evangelistas fames pestes, bella, sed enim sol factus niger, luna sicut sāguis, stellæ cadentes ut demonstrativa ruinę cœli & terrę præiudicia. Nam aperiatur terra, obtenebrescat sol, luna dispareat, stellæ cadant, quid reliquum est nisi ut vniversa concidant? ut non sicut Evangelistæ mundi occasum appropinquantem, sed rem perinde ut gerenda est atq; ut in visis fieri solet, modū rei gestę demōstret. Aveme homo vel oculis cernere, quēadmodum & quo ordine omnia dissolvantur? Narratur hac visione occasus mundi quasi geratur, non quasi narretur. Ecce primo, terræ motus, sol in saccum, luna in sanguinem, stellæ in occasum, cœlum in recessum; insuper montes atq; insulæ removentur, Reges tribuni divites, fortes, servi & liberi absconduntur in speluncis & petris montium, dicentes montibus & petris, *Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ illius, & quis poterit stare?* Antesignanus est terrę motus, quo Fœciali satis te admonitum putes, ut lampadem virginis tuæ in occursum spōsi sempiterni pares. Vide scilicet ut à terræ motu per reliquorum elementorum deliquium ad consūptionem descēdatur. Superadditur enim, *Venit dies magnus iræ agni, & quis poterit stare?* Apoc. 11. vbi dicitur *duobus testibus post cadavera insepulta, & spiritum vitæ à tribus diebus & dimidio redhibitum. Ascendite huc: Abestia enim occisi in cælum idq; in spectantibus ini-*

inimicis ascendunt, In illa hora factus est terræ motus magnus, vt decima pars ciuitatis caderet & occiderentur hominum 7. millia, reliqui in timorem mitterentur, darent q; gloriam Deo cœli. Vbi vero secundum *Væ* abijsset, & tertium ageretur, & iam essent hæ voces magnæ in cœlo, *factum est huius mundi regnum domini nostri & Christi eius*, Consequitur *apertum fuisse templum, vt sam arcam testamẽti in tẽplo eius & facta esse fulgura & voces & terræ motus & grandinem magnum.* Duos idcirco terræ motus cap. 11. Apoc. comines. Alterum ab ascensu duorum testium alterum à secundo regno domini & Christi eius. Nam cum signa antecedentia, coniuncta, consequentia esse soleant, id quod etiam in disquisitione in finem sæculi perinde ut in alijs signatis apparebit, operæ pretiũ est animadvertisse, ut terræ motus nunc progredi nunc comitari, hoc vero loco subsequi diem domini videatur Non enim prius dicitur facta esse fulgura, tonitrua, & terræ motus, quam cecidissent viginti quatuor illi seniores in facies & adorasset deum, dicentes. *Gratias tibi agimus domine Deus omnipotens, qui es, qui eras & qui venturus es, quia accepisti potentiam tuam magnam & regnasti, & irata sunt gentes, & aduenit ira tua & tempus mortuorum ut iudicentur & reddas mercedem seruis tuis prophetis & sanctis & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, vt perdas eos qui perdunt terram.* Apoca. 16. Vbi phialæ iræ Dei effunduntur per septem angelos, quorum primus super terram, secundus super mare, tertius super reliquas aquas, quartus super solem, quintus super sedem bestiæ, sextus super Euphratem, septimus super aerem, vbi iam septi-

mus,

mus angelus effudisset phialā iræ *Dei super aerem exÿt magna vox de templo à throno, dicens Consummatum est.* Posthæc sequuntur tonitrua & fulmina. Notanter vero dicitur quod *fuerit terræ motus magnus, qualis non fuit, ex quo homines crearentur, tantus & tam magnus.* Atq; iste terrę motus, post terræ, solis, maris, aeris concussionem accidit. Atq; hunc ipsum quatuor rursus mortalitates excipiunt. Primum namq; ostenditur civitatem magnam quæ in tres partes divisa est cecidisse, deinde venisse in memoriam coram Deo Babyloniam *vt daret ei populo vinū furoris iræ suæ*, tertio quod omnis insula evanuerit, & montes defecerint, quarto & vltimo quod grando magnus è cœlo sicut talenta ceciderit super homines, ut blasphemarent Deum propter plagam grandinis, erat enim plaga valde magna. Iràq; narrat contextus, immo vero & vox de templo cœli, *Consummatum est*, & ruina civitatis gentium, & poculum Babyloniæ, & insularum atq; montium fuga, & his coniunctus terræ motus, & quam horribiliter de terræ motu sit sentiendum, & vbi sic minetur dominus, quam seriam atque celerem pœnitentiam exinde nobis suscipiendam putemus. Imminet fames, pestis recrudescit indeq; crescunt (dicam ne) blasphemiæ, furores, amentiæ? dicam quot morticinia tot martyria. Nam hodie pestis (mirabile dictu) omnes sub ipsam mortem moribundos martyres facit. An omnes ex hoc morbo moriantur martyres tuum esto iudicium. Ego reminiscor lectioni tuæ parietibus & lateribus tuis hanc contagionē (quam vix sine execratione feres) imminere, instare adesse. Redeo ad terrę motus et bella. Sunt bella, tremefacta est terra.

Nobis

Nobis vero ſāctis Dei vitis, neſcio quę gallicinia expectantur, vt non cum vulgo hominum & fęce plebis, ſed beato & ſancto Petro reſipiſcamus. Recte Ieremias. *Oſſa regum Iudah, & principum eius, oſſa ſacerdotum & Prophetarum, oſſa inhabitantium Ieruſalem educentur è ſepulchris ſuis, è regione ſolis & lunæ, & exercitus cæleſtis, non colligentur nec ſepelientur, ſed erunt ſicut fimus ſuper terram, & reſpexi & conſideravi, & nemo erat quĕ peccati ſui pœniteret. Nemo qui etiamnum diceret, quid feci? ſed enim vnuſquiſq; curſum ſuum ſequitur ſicut equus præceps ad prælium.* Ier. 8. Siccine vero curſum ſuū quiſq; ſequetur vſq; ad ſepulchrum ſuum? Videmus enim nō paucos, ne ad ſepulchra vel mortuorum, vel ſuorū, vel ſua impingentes. Veſtra vero ſepulchra aut maiorum veſtrorum, ſi minus moveant, at moveāt oſſa principū, tribunorum, ducum inhabitantium terræ inſepulta, quaſi fimus ad ſolem iacentia quæ nemo colliget. Nam hos ſquallores bella induxerūt. Sin vero neq; ſepulchra vlla, neq; cadavera inhumata, vllam anhelationem faciant, at reſiliamus ad viva ſepulchra (id quod terræ motus comminatur.) Aperuit ſiquidem terra os ſuum, & Datham, Coram & Abiram vivos deglutivit. Quid autem eſt aliud terræ motus quam grande ſepulchrum? Quid autem aliud portendit quam ut viri atq; mulieres in ſempiternum ſepulchrum vivētes videnteſq; ruant? Confitemur cum Martha reſurrecturos in die iudicij: Interim quam hoc inhumanum ſit, quam nullis modis medicabile, quam in ſpe ſuper ſpem cum Abrahamo credendum, quam de profundis clamandum, aut quomodo, aut qua hæſitatione adeoq; confuſione obſtu-

pescẽdũ & natura humana et res ipsa clamitat; si quisq; ad mortẽ suorũ religiose, ad suã necessario & invitus terreatur, si de die in diẽ effossiones monumẽtorũ instruãt sic esse vivendũ, vt morituris, vel secũdũ Deũ morituris, quã celeres ad omnem pietatem, quã segnes ad omnem nequitiam esse homines consentaneum est? de tali sepulchro contemplantes quod iustum cum iniusto (vt cũ Poeta loquar) *Orco dimittit*, nec personam respiciens, nec quenquam manens, nec aliam viã ad cœlos quam per inferos ostendens, in quo si non oculatiores quam Poetæ, philosophi aut homines ut homines essemus, iustum cum iniusto ad ipsa Tartara descẽsurũ esse iudicaretur. *Fide stamus. Omnia possibilia credenti*. Sensum vero si consulas, si carnem, si rationem, si philosophiã, quomodo non viri iumenta supellectiles, res creatæ, in ipso itinere aut via, quæ ducit ad inferos, credentur. Via (bone lector) ad cœlos non ad inferos est terræ motus; Vtrũ humi an in sublimi sursum an deorsum putrescas nihil ad rem. Non de locis summis, medijs, infimis, sed de peccatis summis medijs vltimis est meditandum. Delicta vbi rubicunda sunt, licet in quadrigis coccineis vsq; ad stellas evehantur, tamẽ ad imum barathrũ descendent. Delicta vbi lora sunt & alba niveaq; facta, licet ad inferos dimittantur, tamen pennis argenteis & columbinis vsq; ad cœlũ evolabunt. Superest vt quisq; cursum peccatorum suorum frangat. Aliò in contracta mũdi frõte & rugis tẽdas, novum iter ineas, colles iustitię, colles humilitatis, semitas pacis ingrediaris, & piè Deo, sobriè tibi, iustè proximo vivas, cœlumq; merearis (vt loquũtur per catachresin patres) vt nos] adipiscaris,

ris, vel Dei misericordia fretus assequaris. Atq; hęc huc vsq; meminisse volui, vt & terræ motus qui futuri sunt in finem mundi, vel vt terræ tremefactio, quæ fuit An. Dom. 1597. & quam Anglia, atq; haud scio an exterę gentes perpesse sint, pœnitentiam à sceleribus non fictam, timorem domini nõ insalubrem, fidem in Christo Iesu nõ instabilem, tanquam ex silice ignes & flammas eliciat. Porro adamantinum est cor nostrum & lapideum, nõ carneum, immo vero non tam ex silice nati quam excordes sumus, quasi cera vel sicca vel fluida; neutra enim recipit impressiouem. *Factus est Ephraim sicut columba stolida & sine corde. Ego* (inquit Dominus) *cognovi Ephraim, & Israel non est absconditus à me. Nõ in hoc studia sua posuerunt, vt reverterentur ad Deum suum: quoniam spiritus scortationum est in eis & dominum non agnoscunt. Rependetur ergo fastus Israelis ei in faciem suam. Nam Israel & Ephraim impingent in inquitate sua impinget & Iudah cum eis* Hos. 5. & 7. Ephraim Israel & cum his Iudah, prævaricantur impingunt, corruunt. Obsservatu dignum est vt impegerit cum eis Iudah, vt typus sanctissimorum Dei. vnde adhuc Hoseas, *Deliquit Iacob tantum, ne delinquat Iudah*: & Psalmista, *Dominus dilexit portas Syon, plus quã omnia habitacula Iacob. Porro, quos sinceros & irreprehẽsibiles in medio nationis pravæ ac tortuosæ esse præter cæteros oportuit; hi mundo se se immiscentes didicerunt opera mundi, & dum similia faciunt, similes facti sunt eis, vt eorum multi sunt, sic peccaverunt, (ait Dominus) gloriam eorum in ignominiam commutabo, peccata populi mei cõmendant, & ad iniquitatem eorum attollũt animam suã.* Hos. 5.

Hos.4. *Sicut populus sic sacerdos. Visitabo ergo super eos vias suas,*
Hos.4. *& studia eorum rependam eis, comedent & non saturabuntur, scortabuntur nec liberos habebunt quia dominum deseruerunt.* Analogia est inter culpas & pœnas, sed terribilis dominus cõiunctos tandem Israelẽ, Ephraim & Iudah, ad exitium & vastitatem vocat. *Clangite tuba*
Hos.5. *in Gideon, & Classicum canite in Ramah. Clangite in Bethania, post te, ô Beniamin, Ephraim reddetur vastus. Effundam excandescentiam meam sicut aquam, devorabit eos mensis cũ portionibus suis*, hic nõnulla versio legit *in singulos menses comedet eos hostis cũ agris suis*, cũ vnius solũ mensis nõ mensiũ, nec omnino hostis, nec agrorũ mentio in specie fiat. Verba יאכלם חרש את חלקיהם id est, *comedet eos mensis cum portionibus suis.* Vt à verbis
Hos.5.v.7. sic à sensu discedit̃, dum mensem in singulos menses dispertiuntur, & dum agros pro omnigena sorte Israelis deponunt. Non enim de perenni grassatione hostium aut depopulatione agrorum, sed de vastitate quæ brevissimo fit tempore agitur. Minatur deus Israelem, Ephraim, Iudah vnũ mensem cum agris, finibus, pomœrijs, divitijs deniq; devoraturum: sectio sit vocabulorum & sensus emerget. *Mensis comedet eos* את חלקיהם ad verbum, *vel cum portionibus eorum.* Sensus est, nõ sęcula, non annos, nõ menses expectandos ad internecionẽ eorum quos vno mense manus domini quoquo modo abripiet & consumet. Memorabile est vt respiciat dominus tempus & tempora, annos menses & dies, dũ vel 7. annorum famem, vel 3. mensium fugam, vel 3. dierũ pestem Davidi propter numeratum populum deferat. Est autem familiare Hoseę vt concisis sermonibus sen-

sus

sus abrumpat, adeoq; in alios atq; alios habitus lectorē trāsformet, vt excerpere potius, quam exhaurire, & tāgere sēsa, quam exinde prosequi fas sit. Inteximus porro de Davide, & super inducimus in 3. dierum peste, concidisse 70. millia. Ecce quam cito, quamq; facilè. Sed enim *extendente angelo manum super Ierusalem, vt illum quoq; affligeret, pœnitudine ductus est dominus super malum, et dixit ad angelum.* Sat iam: Remitte manū tuam. Rursus hallucinatur interpres. Non enim רב quod satis est, sed quod multum est significat. Perditurus erat angelus populum multum & dixit dominus, remitte manum tuam. Quandoquidem enim prēter 70. millia, perditurus esset Angelus in Ierusalem populum (inquam) multum, idcirco dicit dominus: Remitte manum tuam. Typus huius sæculi & civitatum sit Ierusalē, in quibus videamur videre angelos domini emissos, vt in quavis gente & vrbe perdant atq; dissipent multū populum. Nihil opus est visione prophetica ad hanc rē quam paro. Quotus est enim quisq; tam cæcus vt non videat, & exinde tam incredulus vt non fateatur, invocandum esse dominum Deum nostrum vt revocet atq; reflectat angelos, dicatq; pœnitudine ductus, Sat nunc est, Remissę sint manus vestrę. Nam istum visum & speculum in quo viri Dei faciem huius sæculi piè meditentur elevatum volui; etiam nationes & populi meditentur angelorum manus extensas vt percutiāt & perdāt, & dominum præstolentur, vt clamantē ad angelos suos (sat nunc) vel (multū nunc) remittite manus vestras. Nam hanc historiam Davidicam non minus memorabilem quam opportunam huic ætati obsignatam cupe-

rem, in qua cum multa memorabilia sint, tum hoc perspicacissimè quis inspexerit, vt cum 7. annorum fame, trium mensium fuga, trium dierum pestis conferatur. Pestis Hebraicè dicitur res, ἀπὸ ἐξοχήν. Nam ô rem infœlicem quę non aliam spem quam mortem habet, quã fugit hostis, horret peregrinus, pręsentem vero proximum concivem corripit atq; interimit. Equidem relevata & recreata iam ab intestinis seditionibus & armis repub. auspicabar has chartulas; pestis vt quę ante aliquot annos Londini grassata est & iam evanuerat, nulla in mentione aut memoria fuit. Interim pręsens contagio metropoles, urbes, oppida, villas, domos eo vsq; invasit, ut si simul vniuersa, aut si uni omnia concredenda essent, de integro novum thema, quasi nouam tellurem mihi scindendam crederem. Bella sunt, horrida bella: ea inquam quę dominus comminatur futura esse sub finem mundi. Hęc thesis mea est, in hac persto. Pestis si satis magna adhuc non sit, si neminem moueat, si non satis digna sit quæ vestras linguas vel calamos (qui eruditissimi estis) excitet, ludite inuicem, lædite etiam (nã paruis iniurijs viuitur) me meosq; compeccatores amabò vt indignos respueritis. Annon maxime necessaria & conducibilia his temporibus sint, quę minacia & maxime omnium mortalia sacræ paginę nobis abundè suppeditant & subministrant? Quorum cum non sit dubium quin multa silentio sint consepulta, non est similiter dubium quin cum eorũ periculo consepeliantur qui ea commodissimè in lucem afferrent. Ex quo optabile scilicet est vt quasi collatis signis pugnent cum linguis calami, ut & res atroces satis graphicè depingi, & res pe-

Matth. 24. Luc. 13. 21.

penetrantes ad vivum resecari possint. Porro ubi abstrusa & prolixa dicentẽ & audiẽtem onerant, ea charta & calamus præstet. Quę vero brevitatem, & horam desiderant, ea vox & lingua proclament. Siquidem scriptores qui otia, dies, menses & annos habent, si & ipsi tædium, atq; idipsum quod prolixum & molestum habetur, fastidierint, supereſt vt dicteria domini quæ gravissima sunt, intacta atq; ingrato silentio consopita iaceant. Prolixum idcirco vaticinium Ieremiæ vt bellicoso huic themati maximè tempestivum in hunc modum legite. *Sic dicit dominus Deus Israelis ad me. Sume calicem vini furoris istius ex manu mea & fac ex eo omnes gentes bibant, ad quas ego te mitto, & bibent commotiq; insanient metu gladij quem ego inter eos mittam. Tuli ergo Calicem de manu domini & potum ex eo dedi omnibus gentibus, ad quas misit me dominus, nempe Ierusalem & vrbibus Iudah, regibus eius & principibus eius, vt redigantur in desolationem in stuporem, & exsibilationem, at q; in execrationem, vt testatur hic aies, deinde dedi calicem & Pharaoni regi Ægypti & servis eius, principibus eius & vniverso populo eius omni promiscuo vulgo, & cunctis regibus terræ Ansitidis omnibus regibus terræ Palestinæ, Askalon, Gazæ Accaron & reliquijs Azoti, Edom, & Moab, at q; filijs Ammon, cunctis quoq; regibus Tyri & omnibus regibus Zidon at q; regibus Insularibus iuxta mare, Dedan quoq; Thema, Booz & omnibus qui extremos angulos incolunt. Omnibus regibus Arabiæ, & omnibus regibus Occidentis habitantibus desertum; cunctis regibus Zimiæ & omnibus regibus Elam vna cum omnibus Medorum, omnibus regibus Aquilonis prope aut lon-* Ier. 25.

ge

ge sitis quibus q; cum proximo suo & omnibus regnis terræ quæ sunt in superficie orbis. Porro Rex Sæsach post illos bibet, & dices ad eos, sic mandat dominus exercituum deus Israelis. Bibite & inebriamini, venite & cadite & nõ resurgetis à gladio quem in vos mittam. Quod si renuerint calicem de manu tua accipere ad bibendum; dices ad eos, sic dicit dominus exercituum. Omnino bibetis. Quoniam ecce ego incipio affligere in vrbe, quæ vocatur nomine meo, & vos omnino impune abscedetis? Non impunè feretis: quia ego gladium advoco super omnes habitatores terræ dicit dominus exercituum. Tu ergo prophetabis contra eos omnes sermones istos dices q; ad eos: Dominus de sublimi rugiet, & de habitatione sua sancta dabit vocem suã, rugiendo rugiet super domicilio suo, celeusma instar calcantium resonabit super omnes habitatores terræ. Venit vastitas ad extremitatem terræ quoniam disceptatio est domino cum gentibus, judicium inibit ipse cum omni carne, vt gladio dedat impios: ait dominus: sic enim loquutus est dominus exercituum. Ecce calamitas egredietur de gente ad gentẽ, & turbo magnus excitabitur à lateribus terræ. Et erunt interfecti domini in die illo ab extremitate terræ ad extremitatem terræ. Nemo deplangetur, nemo colligetur, nemo sepelietur, sed vt fimus iacebunt in superficie terræ. Vlulate ô Pastores & clamate, volutate vos in pulvere, vos qui insigniores estis in grege quia dies vestri impleti sunt, vt mactemini vt dispergamini cadatis q; vti vasa expetibilia. Et peribit fugæ occasio &c.

Huc vsq; Ier: qui si longior videatur, cum vtilitatis magnitudine (vt inquit ille) comparetur, ita etiam brevior videbitur. Ego vero interim ex tanto pelago hausstus (quos

(quos conuenit) imbibam, & ut Poeta, summa sequar vestigia rerum. Etenim quantum complector animo, quatuor vestigia sunt quibus tam mortalia cogitantibus insistendum sit. Nam & quis sit qui loquatur, & quid, & quibus & in quem modũ videatur. Quis? Dominus, est. *Sume* (inquit) *calicem vini furoris istius de manu mea. Sic mandat dominus exercituum, Deus Israelis: Bibite & inebriamini. Dices ad eos: Sic dicit dominus exercituum Deus Israelis. Omnino bibetis. Ego gladium advoco super omnes habitatores terræ. Prophetabis contra eos, dices q; ad eos. Dominus de sublimi rugiet & de habitatione sua sancta, dabit vocem suam, rugiendo rugiet super domicilio suo, celeusma instar calcãtium resonabit super omnes habitatores terræ. Disceptatio est domino cum gentibus, iudicium inibit cum omni carne, sic dicit dominus exercituum. Ecce calamitas egredietur de gente in gentem, & turbo magnus à lateribus terræ excitabitur, hæc dominus loquitur.* Quibus vero? *Ierusalem & vrbibus eius Pharaoni regi Ægyptio & servis eius, Palestinis, Medis, omnibus regibus Aquilonis, & omnibus regnis terræ quæ sunt in superficie orbis. Ego (inquit dominus) incipio adstigere in vrbe quæ vocatur nomine meo, & vos omnino impunè abieritis? Non impune feretis. Quoniam gladium ego advoco super omnes habitatores terræ.* Animaduerte autẽ ut non iam aduocet dominus gladium super Iudæos, Ægyptios, Medos, Palestinos, Aquilonares insulares, sed super omnes habitatores terræ. *Disceptatio est* (inquit) *domino cum gentibus, iudicium inibit cũ omni carne, malum egredietur de gente in gentem. Erunt interfecti domini in die illo ab extremitate terræ ad extremitatem*

tem terræ. Porro Epilogus maxime reges heroesq; mũdi attingit. *Vlulate Pastores, clamate, volutate vos in pulvere qui insigniores estis in grege, quia dies vestri impleti sunt, vt mactemini, vt dispergamini tadati sq; vt vasa expetibilia, peribit q; fugæ occasio, &c.* Si quis igitur scisciteur quibus omnia extrema signanter aut notanter comminetur dominus, respõdetur, regibus, regnis, immo vero vniuersis. E quatuor huic memorabili maximeq; animaduertendo vaticinio Ieremię adiacentibus 3^m sit gladius, id quod thesi nostrę coincidit. Quid est enim quod tam mortaliter, tam catholicè vel universis comminatur dominus? gladius. *Fac (inquit dominus) bibant omnes gentes de calice furoris mei ad quas ego te mitto, & bibent commoti q; insanient metu gladij, quem ego inter eos mittam.* Et rursus: *cadite, & nõ resurgetis à gladio quem in vos mittam. Gladium ego advoco super omnes habitatores terræ, dicit dominus exercituum.* Huc pertinet celeusma, huc disceptatio cum gentibus, iudicium cum omni carne, *vt (inquit) gladio* dedam impios. Instet si quis possit de ipso die. Equidem iustò in huiusmodi in terris spectaculo, quo vix ullũ dici fingiue queat lugubrius, *Erunt interfecti domini in die illo à fine terræ vsq; ad finem terræ.* Iacebunt inhumata corpora, & quo nihil est aspectu tetrius in fimum vel silentiũ erunt super faciem terræ. *Non colligentur non deplangentur, non sepelientur.* Nam hęc sunt verba Ieremię. Sed enim quarto & ultimo de gestu & rei gerendę modo quærimus. Vomite (inquit) &c. Nam & alibi de vomitu & ebrietate ablq; vomitu dicitur, hic vero de vomitu & occasu ex ebrietate quæ ex gladio infertur, differit Propheta.

Sic

Sic enim hominum mentes attonitas & obstupefactas iri docet metu gladij, ut neq; manus, neq; pes, neq; pars ulla suo satis officio fungi (quod de Terentiano sene dicitur) valeat: Hic gestus est miserrimus. *Vlulate* (inquit) *ô pastores.* Nam his ululatum, clamorem, volutabrum in pulvere indicit, *dies vestri impleti sunt, impleti sunt* (inquit) *dies vestri, vt mactemini & dispergamini vt cadatis sicut vasa desiderij.* Sermo est & Apostrophe ad Pastores & (ut propheta loquitur) ad insigniores de grege & vasa expetibilia. Non est curæ domino de ariete non de vase, insigniores de grege sunt reges, vasa expetibilia sunt satrapę & heroes mundi. *Intelligite igitur ô reges, Erudimini qui iudicatis terram. Ne procrastinetis, nec de die in diem prorogetis respiscentiam vestram.* Male ille rex, in crastinum (inquit) seria. Nam eadē nocte interfectus est. Inter pontem & fontem inter labra & lactucas prævaluerit pœnitentia. Enimvero assidua assuetaque peccatorum prorogatio presumptio est & periculosa tentatio. Attendant itaq; privati & singuli. Ne causemini mūdum aut principes mūdi huius. Suas quisq; iniquitates, sua scelera fraudes atq; errores pœnitendos resciat. Clamat cœna illa magna de qua est 19. Apoc. ad reges, tribunos, fortes, equites, sed quæ tamē simul vniversos atq; singulos invitet. *Vidi vnum angelum stantem in sole & clamantem voce magna, dicentem omnibus avibus quæ volabāt per medium cæli. Venite & congregamini ad cœnam magnam dei vt edatis carnes regum & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & servorum & pusillorum & magnorum.* Huc vlque Psal. 2.

Iohannes; Clamat ad aves angelus, esca scilicet volatilium fiant præliantes, iuxta illud. Qui extra aciem pugnat, ille sit canis, sit quoq; vulturis esca. Nefaria vero vox & uel Aristotele vel Hectore digna; M. Torquatus filium extra aciem pugnãtem interficit, sed & Saul cum rex & pater esset, filium Ionathan truncasset, nisi restitisset populus. O deflendam cum imperio vel Dei inscitiã, vel ipsã iuventutem; quę nescit misereri, nescit parcere; quæ ad omne quod sub imperijs suis increpuerit, inexorabilis invenitur. Scriptum est. Ne sis iustus nimis, ne plus sapias quam necesse est. Cœterum hæc cœna magistros equitum tribunos militum escam futuros narrat omnibus avibus quæ volant per mediũ cœli. Iam vero liberos, servos, pusillos, tanquam novam speciem eorum quorum carnes esca volatilium fiet adiungit. Ad hanc cœnã vniversi ac singuli invitãtur, magni pusilli, liberi servi, homines animantes, tribuni fortes & reges. In communi calamitate non debemus mortales aut præcipuã fortunam postulare, aut communem reculare. Amat sibi quisq; quod est faustum somniare, & qui est satis fœlix Metelli sibi sperat fortunam. Proinde ut olim pistor Pharaonis vbi pincernæ regis bene cessisset, sibi alba canistra in capite visa fausta credebat. *In superiori* (inquit) *canistro fuerunt cibi varij generis, Pharaonis aves comederunt de canistro quod erat super caput meum: cui Ioseph. Hæc est interpretatio.* 3ª *canistra sunt* 3ᶜ. *dies. Intra triduum tollet Pharao caput tuum à te aget q; te in crucem, vt aves comedãt carnes tuas.* Vanę sunt hominum spes; somnia, somnia. Hic potentiæ suæ prędidens, ille virtuti, iste sanctitati, fallũt, & fallun-

Ge. 40.

tur.

tur. In crucem agitur præfectus Pistorum Pharaonis, comedunt aves carnes eius, Iosephi interpretatio constat. Nemo interpretetur somniũ suum. Nam vbi somnij sui interpres pistor ille fuisset ut ex canistro albedinem, sic ex edulijs Pharaonis mensam regiam, atq; ex avibus tantum non cœlum sibi somniasset. Ex quo fit ut qui sibi qui suis, qui patriæ, qui loco vbi sunt bene ominantur neq; à malo invndanti metuant, spe potius quã fide teneri videantur. Verę fidei sed & fortitudinis est & metuere metuenda, & sibi metuere, verenda vereri & sibi vereri. Porro istius spei inanis, quæ a se horrida reijcit, præoccupatio est vox domini ad Ieremiam dicẽtis. *Si renuerint calicem furoris mei de manu mea accipere ad bibendum sic dices ad eos. Sic dicit dominus exercituum: Omnino bibetis. Quoniam ego incipio adfligere in vrbe quæ vocatur nomine meo, & vos impunè abieritis? Nõ impune feretis.* Nę enim homines vehementer errant, si illam Dei in se clementiam, vel indulgentiam, vel (ut ita dicam) conniventiam perpetuam sperent futuram. Impium cum iusto interimit dominus. Id fit obsessa vrbe, cœso exercitu, parta victoria; est ne superstes qui dicat? Non sum pollutus, non veniet super me malum? est ne qui dicat cum Abimilech: etiam iustum interficies? Ne erretur. Occultata modo sunt quæ nulla putantur peccata; reservata in forum divinum quæ humanũ nesciunt, quasi vero non suum tribunal habeat dominus & perinde ac si cum hypocrises, tum emergentia peccata per impunitatem in forum vltimum reservata non tristiùs infœliciùsq; vindicentur. Videte enim ne eorũ cõmissa scelera quę infando vel infausto mortis genere,

luunt, vestra pondere licèt minora, numero tamen, assiduitate, & ipso tractu temporum maiora, dum vtraq; tremendo tribunali sistuntur, æquent nedum superent. Quum enim illud non sit dubium quin pœnis culpæ expientur, ipsorum vero iniquitates in aperto, licet in hoc sæculo, mulctẽtur, nostræ vero impune vsq; ad extremum spiritum pervehantur, quoad vis assequi potest humana, & ipsorum miserijs finis, & nostris initium dabitur. Porro quemadmodum parvæ voluptates quæ sunt diuturnæ cum magnis quæ breves sunt recte conferuntur, & sicuti dolores magni qui breves sunt, parvis si diuturni, æquiparantur: sic & magna vitia minoribus vbi plura sunt, cesserint. Et cũ de pœna disseritur, patet impunita delicta horribilius in manum Dei incidere, vt nec in summa benedictione putemus eos qui sine labe quasi & macula vsq; *ad plaudite* vixerint, nec in summa maledictione qui (quod de Cethego & Lentulo refertur) dignum vita ac moribus suis exitum invenerint. Pistor et pocillator vbi vterq; peccassẽt adversus regẽ, hic post 3s. dies evectus ad mensam regiam ille ad patibulum, vterq; incidit in manus domini. Præposterum est enim iudicium hominum & in re maxima errantiũ: actum esse de illis, ideoq; perijsse, qui vel manu hostili perimuntur, vel securi percutiuntur, vel laqueo (ut assolet) propter malefacta suffocantur. Quæ hæresis duplici nomine irrepserit, vel quod potestas maximi penditur humana, minimi divina: vel quod ipsę pœnæ pro vitijs ut signa pro signatis horreantur. Priorẽ corrigens S. ille pater Augustinus: Contemne (inquit) potestatem, timendo potestatem. Vetat enim à potestate horreri huma-

humana ut horreatur divina. Siquidem minus ab homine, magis à Deo pertimeſcentes neq; de alienis ærũnis tam perditè, neq; de noſtris noſtrorũq; indolentijs tã ſecurè perpẽderetur. Occidit corpus homo, occidit & corpus & animam Deus. Supereſt enim vt cum morte mors, carcer cum carcere, iudex cum iudice comparetur. Animadverti ſæpe id quod ad ſecundam hæreſin attinet, ſuppoſititias quaſdam vitioſitates vbiq; vt locorum ſuorum proprias pro virtutibus coronari, ſcitas educationes pro ſanctis, iuſtitias humanas pro divinis, ipſas avaritias & luxurias pro cõtradictoriè (ut loquuntur) oppoſitis coli. Nam niſi hic avarus, ſis alibi prodigus nõ vives. Hos omnes (nõ eſt enim, ut loquit' Apoſt. omnium fides) nõ tam culparum quam pœnarũ pudet. Explicate atq; excutite intelligentias veſtras. Nam quę eſt mens iſta veſtra vel quę vita potius? Pudet miſeræ mortis pœnæ? immo vero patientiæ, parſimoniæ. Patientię? immo vero (inquam) hos non ſolum ærumnarum quæ exorbitant, ſed & omnium rerum aſperarũ pudet. Nam hoc eſt ſcilicet mali mundi malum ingenium, ſuppliciorum pudet non peccatorum. Sinite modo in re tã ſeria extra rem immorer, quę appoſitione exemplorũ fiet illuſtrior. Puduit Pharaonem ranarum, grandinum, ſanguinum, portentorum in Ægypto, non puduit *transmare Iſraelem, perſequi Moſem, nec dimittere populum.* Non puduit Abimelech fratres ſexaginta decem ad vnum lapidem truncare: puduit mori à muliere, quare confoſſus ab Armigero occubuit. Puduit Achitophelẽ irriti conſilij, itaq; gulam laqueo fregit; non puduit eum cohortem Davidicam ipſumq; Davidem improbo conſilio

filio vsq; ad interitum traducere. Puduit Zimri turris obsessæ,& idcirco se turremq; incendio immiserit. At non puduit dominum eundemq; regem internecioni tradere. Puduit Jezabel potestatis Iehu,suiq; præcipitij in humum. Nō puduit scribere litteras in sanguine: *Dicant falsi testes, Naboth blasphemavit Deum & regem, & lapidibus obruatur.* Puduit Nebuchadnezarem incredibilis metamorphoseos, cui dictum est, *Cum feris erit habitatio tua, & cum iumentis rore tingeris & fœnum comedes*: Interim non puduit regiam in magnificentiam regni Babilonici extructam vsq; ad cœlum vel etiam supra cœlum sustulisse. Puduit Herodem erosum à vermibus,quem non puduit apparatu regio cum concione extra vim humanam frui,*nec dedisse gloriam Deo.* Cætera quæ infinita sunt prætermitto & facile patior sileri: quæ è sacris litteris deprompta quo fricantur sæpiùs,eo redolent fortiùs. Prima igitur ut ultimis,vltima ut primis respondeant,Pharao in fortitudine manus suæ persequitur Israelem,cum imperio est Abimelech occidēs fratres,instar oraculi fuit cōsilium Achitophelis pessum daturi Davidem:occiso rege regnat Zimri:Regis filia & regis vxor regnat Iezabel:Monarcha mundi est Nebuchadnezar. Nam quod ad Herodem attinet, *non vox hominem sonat ô Dea certe.* Non est in malis concio, nō luculenta, non dilucida, sed videte cui danda sit gloria. Non est in malis regia rege digna,sed videte ut culmen petat fulmen. Licet regnare Iezabeli,licet Ahabo regere: *Sed minus quam aqua transeat limen mulier.* Regnat Zimri,interim gloriæ imminet ruina. Nihil fuit Achitophele prudentius,nę innitaris prudentiæ tuæ. So-

lus

lus regnat, sicut Romulus, Abimelech. *Nulla fides regni. Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* Male gloriamini in ambitionibus, male in superbijs vestris. Licitum fuit regnum Pharaonis, sed demersus in mare rubro documento sit posteris elevatum cor super mortales in omni statu deprecandum esse & detestandum. In lege Mosaica vetitum est regi creando cor elevatum super fratres. Cæterum quo ista mea oratio pertinuit? An vt Satrapis huius mundi mitioribus aut melioribus vteremur? Ad privatos & (vt alicubi loquitur S. Ieronimus) cõpeccatores meos descendat oratio. Quoniam idcirco de his quæ principibus viris pudenda fuerunt hactenus diximus, de ipso pudore qui & humiles attingit, nõ pudebit attexere. Est pudor qui ducit ad vitam, est pudor qui ducit ad mortem. Vtrumq; appositione exemplorum Ecclesiasticus cap. 41. illustrat, quem locum licet prolixum & humi repentem non gravabimur verbo tenus attexere. *Fudeat vos scortationis coram patre aut matre, mendacij coram principe & potestatem gerente, delicti coram iudice & magistratu, criminis coram cœtu & populo, iniustitiæ coram socio atq; amico. Ad hæc ancillæ cuiusquam attentare pudicitiam, & ad lectũ eius accedere, appetere contumelijs amicos, aut quod donâris exprobrare, & res secretas effutire, in ijs autem ne des locum pudori, nec personæ cedas vt delinquas. Ne pudeat legũ aut pacti Altissimi. Hæreditatũ partiendarum inter consortes, æquationis librarum & ponderum, crebræ castigationis puerorum, correptionisq; serui dissoluti, custodiæ rerum à muliere mala, clausuræ vbi sunt manus multæ, &c.* Hic vt numero rerum pudendarum superse- Eccle. 42.

deam, apex rei & nervus cautionum, interiecta scilicet & medio inserta est hęc clausula, in ijs ne des locum pudori, & ne cedas personæ ut delinquas. Magnam enim vim habet persona & magnam in vtramq; partem, ut rerum bonarum pudeat & rerum malarum non pudeat propter personas. Nam cum de tot pudēdis erroribus non sit hic locus ut multa dicantur, erit antidotum singulorum, presentia magistratus, senis, publicę personę, quorum auctoritati omnes res verecundādæ cesserint. inspectante prętore Pop. Rom. civis Rom. non delinquet, sed nec præsente patre filius, aut iudice reus. Nox est domus & tenebræ quæ te aut bonum aut hypocritam evincent. Non est aer, non area, non civitas non forum, non lux aut dies, nox est, privata domus est, & iam tua, quę te aut improbum, aut veri æquiq; studiosum arguent. Non vrgeo interius: Non taxo vel occultissime vel graviss. delinquentes. Non libet de Q. Ligarij scelere dicere. Vos appello qui vestem, equum, famulitiū satis decorè foris: vasa aurea & argētea tapetia clientelas satis affluenter domi habetis; quibus nihil optabilius est quam almariola cyphis onerata, patinę, vnctæ oppletæ & famosæ: non tam Synagogis & templis, quam tectis pręesse, *primas sedes adamare*, adeoq; quibus curę est famulitia ostendere, se suosq; decorare, adeoq; ex omni genere hospites, exceptis his qui nuptialem vestem nō habent, excipere. Nam horum se suosq; maximè puder. Vestis autem nuptialis cum mundi sit vel domini, non quæro de qua veste verecundetur, huius quæ mundo, an istius quæ domino nubit. Interim in eo vehementer errant si vestem illam nuptialem de qua est in evāgelio

ta;

tali sumptui & apparatui nubere posse sperent, quibus perpetuæ aguntur nuptiæ, cum nihil satis lautum aut lætum sit, quo quisq; suorum aut vescatur aut fruatur. Vnctis Dei vnctæ patinæ non placent, non Syracusanæ epulæ, non Spartanæ, non (quod ipsorum est) *bis in die saturos fieri & nũquã pernoctare solos.* Nã ò domũ sine fraude, ô mẽsam sine illecebra, ò torũ sine impudicitia satis inquinatũ, ô vigilias infœlices diẽ in noctẽ, noctẽ in diẽ trãselemẽtantes, quę senũ delitijs iuvenũ luxurijs fœminarum cõmercijs, omne quod fidele est, quod sacrum, quod integrum, fugiunt & odio habent. Apud hos nullum locum Sancti Dei habuerint. Sive enim aut perpetuas ferias, aut perennia sua agant negotia, fit vt servos Dei iuxta & sermones de deo, ut officientes non solum voluptatibus, sed etiam honestatibus suis excludãt atq; abdicent. Atq; hi sunt qui se in nullo putant periculo, quibus nihil in mundo mundius videtur, qui clamant cum propheta: *Discede à me quia sanctior te sum*: quos vt bellorum & pestium, sic & peccatorum & vitiorum incautos pudet. Hi ne male interpretentur, dicam equidem quod sentio, & id quod minime putant hos esse eos quos Dei sermonumq; eius ex omni hominum genere maxime pudet. Quid enim facient generosissimi & nobilissimi viri cum hæc faciant qui vestræ sunt farinæ agrestes & rustici? quos non pudet aratri, equi, bovis, vestimentorum & alimentorum, qualia Gibeonitarũ fuerunt cum Ioshuæ manciparentur, eos video pudere filij hominis sermonumq; eius propter contubernales, socios, propter populares consortes & (quod vno verbo dicã) propter fœminas. Nihil est enim cur celem scan-

dalum meum dum horribile hoc dictum domini (*Quem-*
Mar. 8. *cunq; mei sermonumq; meorum puduerit in natione praua & peccatrice, pudebit illius & filium hominis ubi venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis*) in solos ecclesiasticos incumbere putetur. Testantur Mariana illa regna in quibus sancti Dei viri à talibus dicterijs reformidantes vsq; ad carceres & cruces confiterentur. Porro ex hac ipsa comminatione non tam illos, quibus flammæ aut ferra imminent, quam purpuratos, phuleratos dilectores mundi & (vt loquũtur) sæculares coercendos dicerem. Inter quos vix vllos reperias quos non in ipsa vitæ suæ actione & institutione nõ pudeat evangelij. Qui parum decere se putant alia lege quam aut præsides aut consules sacris Dei patrocinari. Quę est enim, si hæc cõtumelia non est? Quæ est si hæc inscitia non est? Quæ est si hæc cęcitas atq; incredulitas non est? etiam tum cum humo *fumat Troia*, tum cum *apparent rari nantes in gurgite vasto*, tũ cum *nulla inarat æ sit gratia terræ*, tum cum Metius Suffetius membratim, frustulatimq; discinditur, tum cum hę voces frequentes sunt: *I lictor obnubila faciem infœlici arbori suspendito*: ornare domos, capescere elegantias nedum honoribus atq; huius mũdi commodis & incentivis inservire ac vrgentia bella ac pestes non respicere, nõ sanctitatibus parsimonijs pœnitentijs Deo vivere? Inter primum & secundũ galliciniũ flevit & amarè Petrus. Nobis tot fulmina, tot tonitrua, tot tormenta quia nos ipsos nondum apprehendunt, vix vnam lachrimam summa vi extorquent; Petrus pœnitens, Petrus lachrimans Petrus gallicinium reformidans portas cœli aperit. Primitias optimorum

fructu-

fructuum offert peccator qui affert Deo pœnitentiam, quæ tamen secunda post naufragium tabula rectè antiquitùs dicitur; quam scitè Augustinus, Qui non potuit primas partes prudẽtiæ teneat secũdas patiẽtiæ. Nihil idcirco hominibus potius aut antiquius quã ut tẽpora hæc flebilia atq; lugubria in vitã renovã dã, mores corrigẽdos, pœnitẽtias ineũdas & vere exprimẽdas invalescãt. Clamãt porro hi dies. *Qui ad pestẽ ad pestem, qui ad gladium ad gladiũ, Qui ad famem ad famem. Qui ad captivitatem ad captivitatem.* Hæc Ierem. cui coincidens Ezek. *Confringam* (inquit) *baculum panis inducam præterea super vos bestias malas & pestem & gladium adducam, contra vos. Tertia pars tua peste morietur. Tertia pars gladio cadet: Tertiam deinde partem ad omnem ventum dispergam, distringamq́; gladiũ post eos & cõsummabitur furor meus, & consolationem capiam & cognoscent quod ego dominus loquutus sim in indignatione mea.* Quoniã vero mors quæ omnibus horis impendet fit à morbo pestilentiæ, à gladio, à fame, à captivitate cõtractior & incitatior, Quid moramur quo minus hortemur singuli singulos; adeoq; non minus acres quam tẽpestivas voces Prophetarũ, senes iuvenibus iuvenes pueris, viri vxoribus, vxores filiabus & filijs intonent insonentq;. Cesset sęvities dominatio & dominãdi libido, cesset fastus vitæ, tumor carnis, amor lucri, amor mũdi, memores simus dicti Apostolici. *Superest vt qui habẽt vxores sint tanquã qui nõ habent, & qui plorãt tanquã nõ plorẽt, & qui gaudent tanquã nõ gaudeant, & qui possidẽt tanquã nõ possideant, & qui vtũtur mũdo tanquã nõ vtãtur. Præterit enim habitus huius mundi.* Laudatur pulcherrima

Eze. 4.

Eze. 5.

catena Apostoli, in coniugio castitas, in gaudio mediocritas, in luctu satietas, in emptis & venditis charitas, in vsu huius sæculi integritas; iam vero si non probatur matrimonium nisi castum, stupra & adulteria quam tãdem mercedem & finem sunt habitura? si non licèt impensè gaudere, quid cum ijs agas qui mundo gaudentes perpetuis fruuntur voluptatibus? Si fletus immodicùs & impotens damnatur, dolor qui est implacabilis & nullius mali patiens cui cedet impune? Possidẽtes quod emptum est, si charitas non ferat; possidentes quod ademptum est quo animo feremus? Si vti mundo non datur, quomodo non secum agant infelicissimè qui eo nitũtur etiam & perfruũtur. Vita enim ut via, mundo ut vehiculo vtimur non fruimur. Laudatur Claudius Cęsar, ut in funebri carmine cecinit Seneca, quod in ipsa rheda & curru aleis delectaretur. In dissimili fortuna simile forte ingenium ferũt, qui hodie in lecticis atq; pulvinaribus feriantur. Sine modò (pie lector) pietatis ergo expatier, si de rheda illa scilicet Milonis, vel hac Claudij Cęsaris atq; de voluptatibus aliquò vsq; dicatur, cum tam frequens hodie vsus sit lecticarum. Non enim equites Anglicani, ut olim Romani, ab equis sed à lecticis in quibus cũ mulieribus invehuntur suũ splendorẽ & nomenclaturam habent. Caditne in viros & mulieres tanta mollicies ut in hoc sæculo, qnod inveterascit, novis indulgentijs inhient? Zerxes refertus omnibus donis & prænijs fortunæ, non equitatu, non pedestribus copijs, non navium multitudine, non infinito auri pondere contentus, præmium proposuit ei, qui inveniret novam voluptatem. Similiter Dionysius Siciliæ tyran-

nus

nus tanta fuit intemperantia victus ut novarum voluptatum inventores fūmis afficeret præmijs. Hæc Zerxes & Dionysius ut reges: cæteri vero novarum voluptatū vt novorum scelerum inventores metuerint & oderint. Nam si qui sint quibus voluptates nonnullas ut necessaria vitæ asperę condimenta permittimus instar Claudij Cęsaris tanquam in rheda non in regia, ut in navigatione & itinere, non in portu aut domo voluptatibus non tam immoriantur, quam immorentur. Rhedæ interim non aleæ sed studia graviora atq; maiora, pię meditationes non pictæ chartę, spiritu Dei viv entis insculptæ, (id quod Eunucho reginæ Candaces accidit) magis quadrabunt. Porro quotquot peregrini agimus in terris quos (ut ferè loquitur Tertullianus) genus, patria sedes, dignitas, in cœlis manet, vbertatem domus Dei, lucem inaccessam, cœlestia gaudia atq; triumphos, ut novas voluptates & nostras anhelemus. Nihil est enim necesse ut tetrici & tristes facie appareāt qui in cœleste Manna, vel cytharam Davidicam (quæ omnia quæ dulcia sunt & suavia) inciderūt, quorum animas eloquia Dei tanquam obsonia & alimenta satient & saginent. Vt quid enim non cum Davide erumpimus? *Nisi lex tua delitiæ meæ essent, perijssem. Æterna hæreditate mihi venerunt obtestationes tuæ, sunt enim in gaudium cordis mei.* Et adhuc: *Semper ex contemplatione decretorum tuorum voluptatem capiam. Aperio* (inquit) *os meum & traho anhelitum quia præcepta tua desidero. O quantum amo legem tuam. Cum peregrinus sim, in terra ne me celes tua mandata. Nam anima mea omni tempore desiderio iudiciorum tuorum atteritur.* Hæc David qui sit instar Psal. 119.

omni-

omnium ut rex ut propheta, ut *vir secundum cor Dei.* Nam quid reliquos reges aut prophetas ut in re nō dubia citem testes non necessarios? Ecce tibi Zerxes, ecce tibi Dionisi, novas & vobis ad hunc vsq; diem inauditas voluptates, ecce præeminentes cognitiones Dei; præ his omnia quæ sunt mundi ut reiectamenta & detrimēta vilescunt. Hæc est enim illa vera philosophia de qua verè clamatur. *O vitæ dux philosophia, virtutum indagatrix, expultrixq; vitiorum, quæ sine te vita esse potuisset? Vnus dies iuxta præcepta tua transactus toti ferè immortalitati anteponendus.* Aug. ep. 3. ad vat. *Hac* (ut inquit ille & multo oculatius) *& prava corrigūtur* & parva nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimā, vel odit ægrotando medicinam. Ferunt aquilam pullos adhuc implumes cogere ad radios solis, ut humectantem aut conniventem præcipitet velut degenerem, eos contra, quorum acies firma steterit enutriat & alat. Lex domini lux est. Dominus aquila est. Nos pulli implumes. Si quorum animi in huius lucis splendorem intueri non valent corruunt, qui valent hos ut suos dominus adeoq;, ut *filios lucis* recipit. Granum amat gallus, non gemmam, siliquam porcus non margaritam. Nam eadem lege negligit mundus gemmas atq; margaritas Evangelicas quas nescit. *Quis nisi mentis inops oblatum respuit aurum?* Ne igitur te tui pœniteat qui cum Levitis aut Nazarenis, sacratissimis Dei oraculis insistis atq; invigilas, qui forte allisisses ad huius vitæ fluctus, nisi ad æternæ vitæ portus appulisses, quorsum tibi hæc omnia secondis ut non sis apud Deum dives? Dum hæc inter

ſe conferas, ut 16. Luc. dominus, ſi in alieno, in minimo, in iniquo Mãmona fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Cogitetur ſcilicet quid hoc ſit, quod alienum quod minimum, quod iniquum dicitur. Nam ſi magnæ, ſi verę ſi veſtrę ſint divitiæ quas poſſidetis, quid eſt quod præ illis quas dominus reputet minimas iniquas alienas, ne petieritis. In hunc locum D. Ambroſius. Alienæ (inquit) à nobis divitiæ ſunt quia præter naturam ſunt, neq; nobiſcum naſcuntur: Chriſtus autem noſter eſt quia vita eſt, ſed & noſtra ſunt quæ Chriſti ſũt quia nobiſcum tranſeunt. Avaritiæ & fraudis reos facit S. pater Iudęos quoniam hęc (externa cum eſſent & aliena) in communem vſum non tranſferebant. Quod quia negligerent facere Chriſtum non lucrifecerunt. Nam hoc quale (Deus bone) lucrum eſt, Mammonah acquirere, Chriſtum amittere? Næ vero pulchre hæc ludibria reſervata ac non referata, in pernitiem eorum cedunt qui ea poſſident. Cæterum ne incidens in Ambroſiũ deflectar a themate, his modo paucis ſtudioſam iuventutem cui Mariæ pars cecidit, & meipſum levare volui. Revoco te (pie lector) ad Claſſicũ meum de quo eſt Ierem. 15. & 16. cap. dominus quaſi alloquutus Propheram. *Ne ducas* (inquit) *vxorem neq; tibi erunt filij aut filiæ in loco iſto, quia ſic dicit dominus de filijs & filiabus in loco iſto natis & de matribus eorum quæ eos peperierint, de q; patribus eorũ qui eos genuerint; Gladio & fame conſumentur, non plangentur, nõ ſepelientur.* Nã hic multę mortes & mortalitates ſignantur. Vetiti porro ſunt cum vxore filij & filię, ne mortibus & ęgritudinibus morerentur, parentum etiam eadem ſors eſt qui

& ipsi peribunt sine planctu, aut sine sepulchro, gladio & fame, ut cadavera sint in escam volatilibus cœli & bestijs terræ. Vetuit insuper dominus, ne ingrederemur in domum luctus aut domum convivij. Iudæis vero sciscitantibus, *quare loquutus est dominus ingens hoc malum super nos aut quæ est iniquitas nostra?* Respondetur *quia patres vestri dereliquerunt me, & non custodiverunt legem meam, vos autem pejùs fecistis quam patres vestri. Ecce enim vos insceditis post libidinem quisq; cordis sui pravam, & ego ejiciam vos è terra vestra ad terram quam neq; vos cognovistis neq; patres vestri.* Hæc è themate meo sint scilicet. Nam mihi illud officij mei religione incumbit, quo in statu vrbes regiones gentes sint ut mõstretur. Licitè sed nõ opportunè nuptiæ celebrãtur, quum parentibus inspectãtibus liberi, liberis inspectantibus parentes gladio & peste cæterisq; mortibus & ægritudinibus, excindendi sint & consumendi. *Non plangentur non sepelientur; facilis iactura sepulchri est* ut ait Poeta. Nec mordent, nec mordentur mortui: viventibus autem & videntibus mortuos suos iacere inhumatos in escam animalibus, & prout alimenta in substantiam aliti cedere volatilibus cœli & bestijs terræ, hoc opus hic labor, hoc onus hic dolor est. Belli hæc sunt gravamina sed & huius morbi quem pestem dicimus, qua impletur quod dictum est per Amos cap. 6. *Evenict ut si reliqui fuerint* 10. *in domo una moriantur. quos tollet cognatus quis aut vespilo efferẽdi gratia videlicet ossa è domo, dicet q; ei qui est intra parietes domus: Est ne tibi adhuc quispiam? qui respondebit, nemo:* Quæritur *hic an de mortuo vel de eo qui sepelit mortuum*

tuum quæstio sit. Porro hac ętate qui sepelit mortuos ex peste vt bona aquila sursum petat, æmulus Tobię, dum pro ministro sit patruelis avunculus qui mortuum ipse moriturus sepelit. Fac vero adhuc esse superstites in domo vna 10. quomodo non morientur qui mortuos sepeliunt? In ignem posita sunt cadavera? fletur. Inhumata iacent corpora? fletur. Sepeliens mortuum ipse mortuus est? fletur. Ecce in omni ęde via & platea planctū, fletum, luctum. Moriuntur ex ipsa peste licet nulla alia ęrumna sit, magni & parvi, in mœrore & metu sunt viventes, ipsi cras vel perendiè morituri. Quęrentibus autē de causa regerit Ierem: *quia patres vestri dereliquerūt dominum & vos peius feciſtis ambulando post libidinem cordis vestri pravam. Quare eiecit eos Deus propter patrum & suas aggravatas iniquitates in exilium.* Scilicet Iudęorum pęna exilium fuit, nostrum ne exitium sit patientia tandem & pęnitentia viderimus. Idcirco hę pagellæ & chartulæ in sanguine scriptæ sunt: Priora cum tempore tum natura sint monita quam supplicia. Non est celare cum quid reticeas, taceas multa celes pauca. Atq; vtinam præscij imminentiū bellorū, quæ non vt olim Hyerosolymæ Babiloniæ Ægypto Tyro Zidoni à prophetis denuntiabantur, sed quæ prophetante domino ipsi orbi iam imminent, aliquot abhinc annis volentes & valentes pronuntiassent. Equidem racemationē non invitus feciſſem. Nolite vero ex paropside escam, neq; ex hydria oleum æstimare. Impleta vel iam implēda sunt in auribus vestris hæc verba domini. *Auditurí estis bella & rumores bellorum, videte ne turbemini. Consurget gens in gentem & regnum adversus regnum, &c.* Matth. 24.

runt pestilentiæ, & fames, et terræmotus, certis in locis. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Enimvero est aliud bella, atq; hęc bella, prophetante domino, immine re. Aliud quod vrbi, aliud quod orbi imponitur. Consurget regnum adversus regnum vt Anglia contra Hispaniam, Hispania contra Angliã, de Turca de Papa de exteris populis & gentibus quid pronuntiet evangeliũ viderint quorũ ad curam id pertinet. Quas seditiones partim ex Hibernia partim ex seipsa Anglia nuper hauserit, neq; hunc calamũ neq; vivas voces quæ bella atq; seditiones proclament sed tuos oculos aureſq; consule. Has autem prædictiones adimplẽdas vel potius adimpletas qui cernis, edoctus edoce fratres, admonitus admone, memor memoriã feceris alijs. Pasce edoce mone. In fame est malè pastus, in errore male doctus, in discrimine malè admonitus; mundus est à sanguine omnium Paulus, liberat animam suam Ezechiel dum hic machæram spiritualem, ille gladium hostilem præmonet; terriculamenta ut apud evangelistas deponũtur ut timores atq; tremores ingenerent & ingeminẽt. *Venite* (inquit Psalmista) *Timorem domini docebo vos.* Attendite vero (chariſſ: in Christo Iesu patres & fratres) timorem domini immisceo vobis. Rugit Leo? Est horror; indignatur rex? est obsequium; tumultuantur ira & vinũ proximi vel socij tui? fit fuga; imminet hostis? tremulæ mulieres sunt, infantes, senes. Excandescente domino ridiculi sunt qui expaveſcunt, sed & meticulosi & timidi. Non parum fideles, sed parum fidentes sumus. Nam quo istæ prædictiones pertinent? Quo prophetarum & apostolorum oracula? Quo obeliſci & asteriſci nostri?

Quo

Quo scriptiones, quo sermones? Docetur ex Ieremiah iniquitates nostras & patrum nostrorum celeres & severas vltiones accersere. Contestatur Daniel Ieremiæ de 70. annorum captivitate. Nobis in omne ævum libera atq; impunita scelera quam tandem captiviratem (Deus bone) portendunt? Docetur ex Daniele nostra simul & patrum nostrorum peccata agnoscenda & deploranda his verbis. *Peccavimus & iniquè egimus, desecivimus deflectendo à præceptis tuis, & iudicijs tuis, neq;* Dan. 9. *obedivimus servis tuis prophetis, qui secundū tuum nomē loquuti sunt. Nostrum est erubescere, nēpe regum nostrorum principum nostrorum & patrum nostrorum quoniam in te peccavimus. Domini autem Dei nostri misericordia est & clementia; siquidem ab eo desecivimus neq; obtemperavimus voci domini Dei nostri, vt transigeremus vitā ex ipsius legibus, quas proposuit nobis per servos suos, prophetas.* Formulas paulo minus precandi, aut confitendi deponit Daniel. Quæ ipsa vel talia eructent corda tum cum tubæ angelicæ & phialæ dominicæ sub finem orbis, ut est in Apoca. evacuandę sint. Hi vituli labiorum, hæc holocausta quę instar flāmæ in altum, hoc est, cœlum evolent. Arma nostra ut severissimè & gravissime Ambrosius, sunt preces & lachrimę, quibus tāquam agmine facto propitiandum dominum imploremus & fatigemus, ne væ, triplex væ, de quo est 8. Apoca. apprehendat & miserum in modum corripiat miseros peccatores. Vę, vę vę, hoc est triplex vę Iohannes pronunciat; primum vę, Christiane lector, sine pro eo ac debeo tibi impertiar. De teliquis, ne sint fraudi negotia tua tibi, quo minus scruteris. *Ascendit fumus de pu-*

teo Abyssi & ex fumo locustæ, & data est illis potestas, nõ vt occiderent sed vt cruciarent menses quinq;. Similitudines locustarum sicut equi parati in prælium, & facies eorum tanquam facies hominum, & habebãt capillos sicut capillos mulierum, & dentes eorum sicut dentes leonum, & habebant loricas sicut ferreas & sonitus alarum sicut sonitus curruum equi; multis currẽtibus ad bellũ, & habebunt super se regẽ angeli Abyssi, cuius nomen Hebraice Abaddon & Græcè Apollyon. Prodigiosa & horribilis *species ostenditur cuius robur, robur leonis, celeritas curruum & equorum, facies virorum, capillitium fœminarũ, Natalitia, puteus, Abyssus, fumus Abyssi, cuius dux & duces sunt pernicies atq; perditio.* Lacedemonij ebrios servos filijs monstrabant, vt ex deformi intuitu servorũ in filijs vitaretur ebrietas. Persimiliter & sæpe alias & præsertim in Apocal. ferę immanesq; figurę ostenduntur, vt humanæ vitiositates ipsa rerum infestissimarum effigie traducerentur. Neq; enim est dubium quin sub truculentissimis larvis virorum fœminarumq; malitiæ inviſa aliqua hypothesi delitescant. In capitibus gerunt locustæ coronas aureas in caudis ictus Scorpionum aculeatos. Nam isti qui sunt nisi reges vel duces? Hi coronati, isti galeati, cũ satellitijs, legionibus & copijs quæ vt caudę insequentes cruciant & tantum non Scorpiones aculeatos mortalibus adhibent. Assimilantur insuper equis sed paratis in prędium; habebant alas sicut currus, sed sicut currus volantes ad bellum, loricas itidem ferreas. Quid horum non impeditissimũ nisi bellis præparetur? Facies virorum & capillitia fœminarum ostendunt viros atq; fœminas instar locustarum crudeles

per

per quos & per quas diræ neces & cęteræ trifftitię perpetrantur. Sed & recte angelum Abyssi regem habent cui nomen Hębraicè Abaddon & gręcè Apollyon. Superaddit insuper equestris exercitus numerum esse vicies millies 10. millia. & adhuc. *Vidi* (inquit) *equos in visione & sedẽtes super eos habebant thoraces igneos et hiacinthinos et sulphureos et capita eorũ tanquã capita leonũ.* Porro qui sunt, qui sedent super equos, hiacinthini igneiq; sulphurei: Nisi generosissimi & ferociissimi duces, imperatores & milites qui equestribus alis præficiũtur? veruntamen vt vnum solummodo Væ impertiar, cum tria sint, sine vlla allegoria aut mysterio cùm viri tũ fœminæ vt apparet prima facie, Amazones arma letalia ferentes introducuntur. Habebant (inquit) capillitia vt capillitia mulierum. Quantumvis autem non aperto Marte, divitijs tamen, robore, solatio astipulãtur & manu tenent. Nam hæ locustæ vt militiæ non præsunt, sic non desunt, non secus quã in satione & messe ipsæ neq; serunt neq; metunt sine quibus tamen neq; serunt neq; metunt mortales. Accersunt pręterea mulieres bella sua vita & vitio. Huc valuerit, Isa: 32. Apostrophe à viris avaris at beneficis ad ipsas mulieres quas spoliandas & vastandas dicit. *Mulieres* (inquit) *opulentæ et otio deditæ, surgite, audite vocem meam, auscultate sermoni meo, obstupescite opulentæ et otiosæ, plangite ad vbera propter arva desiderabilia et propter fruxiferam vitem super tellurem populi mei, spinæ et vepres crescent.* דשא mulieres in nonnulla versione vrbes, rei est interpretatio non vocis. Tribus vocibus otium opulentia securitas fiduciæ obijciuntur, vt caulæ ruinarum. Atq; hæ-

fœ-

fœminarum ferè sunt vitia. נשים vocabulum est mutulatum & heteroclíton, originale est אנשים & viros, sublata vero א & quasi sublato capite mulieres, significat; perinde vt acephalę per se sint fœminę heteroclitę irregulares sine viris, luxui deditę scilicet & ipsę luxuriantes, & luxu corrumpentes civitatem. Neq; enim obscurè admonet Isaias mollities fœminarum accersere ruinas vrbium, vt ominosum sit si in turbulentissimis temporibus sine capite sint aut regant. Quare vt nunquam non, sic bellicosis inprimis temporibus, appetentiæ, hilaritates, eminentiæ muliebres frænos ferant. Quis det vt perinde odiosæ sint aliquando vt otiosę? Quarum vltimę delitiæ, cum individuo quasi fato & viros complicent, accersunt extremas miserias: cum hoste, tum ipso domino belligerante contra luxui nec non & mulieribus deditam civitatē. Manus enim Dei est in expugnatione hostili, dum agrorum vastitates, ædium demolitiones, turrium conquassationes, prædicuntur. *Obstupescite* (inquit propheta) *opulētæ ac otiosæ.* lis est an mulieres vel verbes cōpellet, dū imminere dicit perturbationes, expilationes, vacuitates civitatum. Vt enim culpę à mulieribus oriundę sunt sic pœnę ipsas vrbes potius attingunt. Pœnæ siquidem tales sunt, quales armis et castris inferuntur. Metaphora sumpta à lactantibus *Plangentes sunt* (inquit) *ad vbera propter arva desiderabilia, & propter fugiferam vitem. Nam quod sunt vbera ad lactantes: hoc sunt arva & vites ad civitates. Deficiet vindemia, collector frugū redibit vacuus. Quia* (inquit) *in omnibus ædibus lætitia est & in vrbibus petulans exultatio, super tellurem populi mei spinæ & vepres*

excres-

excrescent. Hic exclamem licet: Hei mihi quam paucos hæc mea dicta movent? immo quam paucos propheta-rum & Apostolorũ dicta commovent? Qui fere in omni viso cavemus ne parum oculati videamur, in re longe omnium gravissima cæcutimus? Contra vero in exordio huius capitis Isaias, *Non hallucinabuntur oculi videntium, aures audientium auscultabunt, cor præcipitanter gentium intelliget scientiam, & lingua balborum festinabit loqui candida.* Nam vsq; quo tandem hæc hallucinatio oculorum, obturatio aurium, ptęcipitatio cordium, balbuties linguarum, obtinent? Vbi auditur vel legitur vepres & spinas radices acturas super tellurem læticię, petulantię, exultationi expositam: nę illi cæci muti, surdi sunt, qui nunquam non in omni tellure lætantur, lasciviunt, exultant; Attendite audite auscultate obstupescite; vbi (inquit Propheta) iam ędes sunt lætę, vbi vrbes exvltantes, ibi crescent spinę & vepres. Neq; vero alia facinora aut flagitia ut causas tam miseræ eradicationis affert, quam opulentias, otia, confidentias securitates muliebres. Peracerba sunt hæc quę tamen vulgus hominum non movent: qui de rebus quę post ętatem suam futurę sunt neq; sperant neq, metuunt. Male etiam pleriq; mortalium non perceiuntur vbi vno verbo & semel narratur, expugnandas vel extirpandas civitates. Vbi vero intelligitur non extirpari nisi & palatia turres turbęq; hominum pessundentur, spes est posse cordatos eosdemq; viros Dei moveri. Atqui palatia (inquit) disiecta, & vrbes frequentissimę desertę erunt, turres & propugnacula in speluncas redigentur perpetuas, in onagrorum luxum, & pascua gregum: non

dicit tecta sed turres, non tuguria sed palatia, nō vrbes sed tellures desertas iri, & ita desertas ut in onagrorum luxum, & pascua gregum redigendę sint, & speluncas perpetuas. Hilares legamus licèt Poetas, mulieres in animātes viros in truncos transelementates: Prophetice μεταμορφώσεις sanè legantur tristius. Non ipsę legiones hominum transeunt in greges animantium. Non aula in caulam aut haram porcorum. Non in pascua brutorum mensę humanę. Cæterum post infinitas strages, clades regum atq; imperatorum, interitus exercituum post multa cadavera, sepulta atq; insepulta morticinia, propagnaculis suis ducibus, palatijs suis regibus, vrbibus suis incolis orbatis atq; destituris, superest ut tellures sua sabbata habeant, & propterea quoniam intercisis hominibus, nemo aret, plantet aut edificet, crescant vice hominum spinæ ac vepres, cedantq; palatia in latibula ferarum, turres in speluncas infælices & cavernas terrarum, vbi immania bruta & immunda volatilia cohabitent, donec effūdatur super nos spiritus è supernis. Amabilia enim amaris attexit Isaias, at paucis. *Illicoenim væ* (inquit) *vastanti & tu non es vastatus, væ prævaricanti quum in te non sit prævaricatum. Quum vastare desieris vastaberis & tu, & quum prævaricari cessaveris prævaricabuntur in te quoq;.* Sic Perillus suo tauro, Cyrus suo sanguine, Hammon suo ligno suffocātur, sic Babylon malleus orbis pessumdatur. In horrorē autem vastantium & prævaricantium iterum & sæpe citatur Babilon in qua spinæ & vepres immo vero Zim & Iijm habitabunt. *Gladius* (inquit) *ad Chaldæos, gladius ad sapientes & heroes eius, gladius ad promiscuum vulgus,*

Isa 33.

vulgus ad currus & equos eius ad theſauros eius, & diripientur, ſiccitas ſuper aquas eius & exareſcēt. Idcirco (ſic enim dominus per prophetam) *habitabunt in eo Zijm & Ijim, & iuvenes ſtruthiones & redigetur Babilō in acervos & habitacula draconū. Facta ſūt vrbes eius deſertæ, terra horrida & vaſta, terra in qua nullus hominum habitet, nec filius hominis tranſibit per eam. Non figet ibi tabernaculum Arabs neq; paſtores greges illic accubare facient, ſed ibi cubabunt ſtruthiones, & ſaltabunt ibi ſatyri, alternis canent bubones in magnificis ædibus eorum & dracones in palatijs voluptuoſis. Tempus eius prope eſt, nec protrahentur dies eius quia miſerebitur dominus Iacobi &c.* Ver eor ego ne hæ voces, ſtruthionis, ſatyri, draconis nonnullis truces atq; aſperæ, nonnullis ridiculæ videātur. Sinite modo vos qui ſecuri à palatijs & tectis magnificis eſtis cum Catone appellem, qui ſemper (inquit) domos, villas, ſigna, tabulas pluris quam remp. feciſtis; ſi iſta, cuiuſcunq; modi ſint, quæ amplexamini retinere, ſi voluptatibus veſtris otium præbere vultis, expergiſcimini aliquando, expergiſcimini (inquam.) Non filius hæres vobis erit, nō filia; & breviter & graviter rurſus Caro. Capta vrbe nihil reliqui fit victis. Sed redeo ad Prophetam. *Erit Babilon ſicut Sodoma & Gomorrha ſubverſa in cineres* & ita ſubverſa ut (ſi Euſebio credimus) (credimus autem nimis Euſebio) ut mala & eadem lege malo-granata, reliquiq; fructus, dum manu preſſantur, evaneſcant in cineres: Penes auctorem ſit fides. Sodoma & Gomorrha & finitimæ civitates ſecūdum ſcripturas verſæ ſunt in cineres. Superfuit iuſtus Loth cum ſuis, hoc exemplo. *Exite è Babilonia, exite è*

Iſa. 13.

Saluſt. in cōiur. Cat.

2. Per. 2.

ciuitate quæ spiritualiter dicitur Sodoma aut Ægyptus.
Apoc.16. Nam & sic dominus per Iohannem. *Exite ex ea populus meus, ne sitis participes delictorum eius, ne & plagarũ eius.* Persimiliter & dominus per prophetas. *Exite ex vrbibus, tecti, palatijs peccato voluptatiq; deditis, ne nõ filij vestri aut liberi hæredes, sed struthiones, satyri, bubones, dracones Zym aut Iym hæredes vestri sint futuri. Visitabo* (inquit) *viros qui fecibus suis hærent, dicunt q; in cordibus suis, dominus neq; benefacit neq; male. Diripientur opes illorum, domus eorum vastabuntur, ædificabunt domos & non habitabunt, plantabunt vineas nec vinum earum bibent, prope est dies domini magnus dies exandescentiæ, dies ille, dies angoris & coangustationis, dies buccinæ & classici super ciuitates munitas & super turres excelsas. Effundetur sanguis eorum vt pulvis.* Enimvero dies domini dum prope est & magnus dicitur, vel dies vere vltimus, vel dies cuiusq; gentis & ciuitatis vltimus, ut Babiloniæ vel Hierosolymę dicitur. De die vltimo vim mihi feci & facio ne multa scribam. Præsentes dies iuxta dictum domini *(dies vltionũ sunt isti)* ciuitatum regionũ & regnorum calamo huic has thebes subministraverunt. In eo enim evigilaverunt curæ meæ, ut per interius & anterius visum vrbium quæ non nisi obsidione ferro, flãma cõciderunt vel brevi sunt occasurę; dolorẽ *qui est secundũ deum & pœnitentiã nõ pœnitendam* profunderet. Atq; hoc ipsum interius visum si vrbes Angliæ modo pertingeret, monerem in squallore & luctu, in sacco & cinere deflendas, sed & ieiunijs, lachrimis & eleemosynis redimẽdas, propter miserandas facies quas vlcus scatens, vlcus inficiẽs, vlcus interimẽs

vbiq; ingerit. Tristiora sunt quæ videntur quam quæ audiuntur. Nam hanc plagam audieris fortassis immunis à malo, videris autem non sine periculo, senseris nō sine morte; iuxta prophetā. *Ecce ego adducā afflictionē super locum istū, quā quicunq; audierit, aures eius tinnitū experiētur eo quod me dereliquerint & prophanarint locū istū.* Ier.19
Et rursus. *Videte (cōtēptores) in gētibus & aspicite, admiramini & obstupescite quoniā opus operabor in diebꝰ vestris quod si narretur, nō credetis.* Res narrāda est quæ vi- Hab.1.
sēda nō est. Audite & vtcūq; potestis credite. *Incolæ Ierusalē in Topheth sepelietur. Et in Topheth* (inquit dom: per Ieremiā) *sepelietur eò quod locū aliū nō habeāt ad sepeliēdū. Sic, inquā, faciā loco isti (ait dominus) & habitatoribus eius vt reddā civitatē istā sicut Topheth. Et erūt ædes Ierusalē, & reges Iudah perinde atq; locus Topheth immundæ scilicet cū omnibus domibus, &c.* Iam vero per similes immūdities simile infortunium sepulchri & nos hodie opprimit. Nam vt non sint vrbes prorsus anathematizandæ, cum tamen cadavera insalubria sint, & ex tectis insalubrem halitum hauriamus, non iam in via Appia, non intra ecclesias aut ecclesiæ limina, sed in locis signatis quæ extra castra posita, vel *Aceldama*, vel *Golgotha*, vel *Topheth* appellentur, sepeliendum erit. De istis enim miserijs quas præsens pestis co nminatur, nemo satis gaaviter cōqueri, nemo satis commodè dicere, nemo satis liberè vociferari valet. Quæ tamen ipsa aliorum sit querela. Interim cum mihi religio sit aliqua [illegible] miserias vrbis hostili ense ruituræ, ob oculos legentium ponere, id pro me & instar omnium vrbium nomine Troiæ narret Poeta:

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lachrimis aquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos
Plurima perq; vias sternuntur inertia passim
Corpora perq; domos, & religiosa Deorum
Limina, nec solum pœnas dant sanguine Teucri.
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus
Victoresq; cadunt Danai; crudelis vbiq;
Luctus, vbiq; pavor et plurima mortis imago.
Primus se, Danaum magna comitante caterva
Androgeos offert nobis, socia agmina credens
Inscius.----
Irruimus (in Græcos scil: Troiani) densis & circumfundimur armis.
Ignaroq; loci passim & formidine captos
Sternimus ----
Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis.
Ilicet obruimur numero primusq; Chorabus
Penolei dextra Diva armipotentis ad aram
Procumbit, cadit & Ripheus iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & servantissimus æqui,
Dijs aliter visum: pereunt Hypanisq; Dymasq;
Confixi à sociis, nec te tua plurima Pantheu
Labentem pietas nec Apollinis infula texit. Legens Poetam carpe botrum, cave spinam. Cadunt sacerdotes Riphęus & Pantheus, id est, iustissimi & servantissimi ęqui, cadunt victores atq; victi, arę & arcę peraquè, tecta & *religiosa Deorum limina*. Verum vt omisso Poeta redeam ad Prophetam. *Relicta est ipsa filia Sion* (inquit Isaias) *vt tuguriolum in vinea, & sicut diversorium*

riũ in *cucumerario*. Subversa est ipsa Babil, õvt supra ostẽdimus Ier. 5. 52. 53. Enimvero licet de Babilonia ex prophetis satis multa dicta sint, cum tamẽ illa typus Romę, mali orbis, iniquæ cuiusvis catetuæ concepta sit, peracerba illa orbi cognita atq; formidata comminatione maturabo viam quæ ad littus portumq; ducit. De Babilonia, quam typice Romam Hieronymus appellat, sic Iohannes. Apoc. 18. *Væ, væ civitas illa magna in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari ex prælijs eius, quoniam vna hora desolata est. Exvlta super illã cœlum et Apost: et Prophetæ, quoniam iudicavit Deus iudicium vestrum de illa. Tuba (inquit) non audietur in te amplius, et omnis artifex non invenietur in te amplius, et vox molæ non audietur in te amplius, et lux lucernæ non erit in te amplius, et vox sponsi et sponsæ non audietur in te amplius.* Huc vsq; Iohannes. Invisenti mihi carcerem Oxoniẽsẽ, dicti Dominici ergo, (*In carcere fui & me nõ visitastis, &c.*) lis fit inter vinctos num parva pecunia, quam supererogaveram pani an luci impenderetur. Hi panem, illi lucem clamant. Vt intelligatur non nimium læta hoc vaticinio pessùm ire, sed necessaria. Ecce tibi vrbem post hominũ memoriã celeberrimam vna hora extinctam atq; ita extinctam, vt non modo pacis ornamenta ac belli subsidia, sed huius vitæ & huius spiritus, cœli fulcra & nutrimenta desint. Nam quid est tam vitale quam mola? quid tam populare quam artifex? quid tam secundum naturam quam, post solem & lunam, lux & lucernæ? Iam vero nulla ciuitas instar Babiloniæ præ celsitudine, nulla instar Ierusalem præ sanctitate superest. Atq; hę duæ per mala scelera iterum & sæpe extin-

ctæ

ctæ ſunt. Interim quæ es ciuitas ſatis ampla & fœlix tuba tibi ipſi tua, tibi (ô villa) mola farinæ tuæ, tibi (tectū) lux lucernæ tuæ, tibi lectus vox ſponſi & ſponſæ tuæ, armis *non carnalibus ſed ſpiritualibus & ſecundum Deū potentibus* propulſetur & ſanctificetur. Attende tibi & tuis. Rugit Leo, turget caro, tumet mundus, imminet hoſtis, exacerbatus dominus *exacuit de cœlis & expoliuit gladium ſuum, vt conficiendo conficeret omnes habitatores terræ.* Hoc vbi ad pavorem domini & ſeriā pœnitentiam ſatis cognitum (pie lector) & perſpectum fuerit, nihil mihi calamo huic, aut his chartulis prætera efficiendum aut enitendum putabo. Quare vt qui ad portum appulerim, vela contraherem niſi quod vt cœpimus de Babilonia, ſic de ipſa Ieruſalem (Nam harum ruinæ ruinam orbis coniūctam habent) pauca ſuperaddenda mihi viderentur. Ier. 15. *Orbum reddidi & perdidi populum meū & à vijs ſuis non ſunt reverſi. Quis tui miſerebitur Ieruſalem? quis condolebit tibi? qui ſecedet vt pacem tibi petat, tu deſeruiſti me* (dicit dominus) *& retro abijſti. Extendi manum meam ſuper te & diſperdidi te, fatigatus ſum pœnitendo.* Quis miſerebitur dominum deſerentium? Lachrimæ eius in maxillis eius. Non enim eſt in omnibus amatoribus eius qui eam ſoletur. Ieremias (vt eſt apud S. Ambroſium) ſuſcipiens pro Ieruſalem pœnitentias, ſpargit (inquit) Sion manus ſuas, nec eſt qui conſoletur eam: Advertens (ſic enim Ambroſius) quòd hunc malorum ſuorum acerbiſſimū cumulum arbitraretur quia deerant qui conſolarentur mœrentem. Audiant qui agunt pœnitentiam quomodo agere debeant, quo ſtudio, quo affectu, qua mentis

Amb. lib. 2. de pœni.

inten-

intentione, qua intimorum viscerum concussione, qua cordis conversione? Sedent in terra senes & filiæ Sion, flevit populus Nineveh & evasit. Tanta est pœnitentię medicina ut mutare videatur suã Deus sententiã. Vult de se sperari dominus, vult sibi supplicari, ipse nos flere vult ut evadere possimus, sicut habes scriptum in evangelio, *Filiæ Ierusalem, nolite me flere, sed vos ipsas flete.* Flevit David & misertus est dominus. Quid erubescas peccata tua flere, cum Deus propheras iusserit flere pro populo, & Ezechiel iussus est flere Ierusalem, *& accipere librum, in cuius capite scriptæ sunt lamentationes gemitus & planctus.* Attendatur qualem codicem tibi, præsertim tibi qui rogatus es & Academicus, meditandum tradat D. Ambrosius. Non audeo obstrepere, immo vero gratulor tibi qui literis, literis (inquã) sacris invigilas. Idem in tali mundi corruptela, in tam supina de animarum æternitate incogitantia, in tanta rerum cœlestium securitate, non hortarer te perpetuis contemplationibus insistere quasi indesinẽter exorans ut osculetur te dominus osculis oris sui: nedũ obsessa vrbe immo vero oppressa, sicut de Archimede accepimus (q̃ tamen plus habeat famæ quam fidei) qui adhuc sphæras & circulos speculabatur. Equidem tria volumina tibi non invitus committerem, vnum scilicet Ezechielis cui inscribuntur lamentationes, gemitus & planctus: alterum Iohannis quem accepit agnus à dextra sedentis super thronum, & aperijt 7. sigilla eius: tertium, codices vltimos ex quibus apertis adeoq; orbi vniverso coram angelis & sanctis explicatis, iudicentur vivi & mortui secundum opera ipsorum. In his libris verè Christianos

Ezec. 2.

Can. 2.

Eze. 2.

Apoc. 8.

Apoc. 20.

nedum theologos, pluſquam aſtronomos aut aſtrologos eſſe decet. Inſpicere ne dedignemini, quorum iam eruditio ad ſummum pervenit, librum Antonij, id eſt, lineã cœli, ipſa aſtra ſuſpicite, de fixis atq; erraticis ſermones inite: de erraticis, an non de ſellis ſuis pellantur aut occidant, de fixis an omnino non vacillent. Accedit enim ipſa cœli machina quartum volumen. Nam retrocedens ſicut liber complicabitur et peribit et ea lege & omnino, ut non ſyllabæ, non vocales non accentus ſint amplius. Hi codices oblectent domi, nõ impediant foris, peregrinentur nobiſcũ & ruſticentur, divitijs & delitijs, otijs & negotijs, ſtudijs atq; literis, immo vero aqua igne & aere ea lege fruamur qua iſtis perfruamur: iſtis nimirum in quibus ſcribuntur lamentationes gemitus & planctus, in quibus alphabeta ſũt, conſulta domini de noviſſimis plagis quæ ſub extremum ſæculorũ mortalibus & inexorabiles implacabileſq; proponũtur. Poſtremo in quibus de mortuis quos mare, quos mors, quos infernũ, iudicandos tradunt, eſt ſolũmodo credendũ & perhorreſcendum. Machina mundi per ortũ & incrementum, ſtellæ quę præ multitudine non numerantur, ſuperficies cœli quæ præ magnitudine non menſuratur, rerum quæ creatæ ſunt pulchritudines ſplẽdores opportunitates habuerunt ſuos ſophos & ſua tempora. Nunc cœli faciem dijudicantes, occaſum, deliquium, morbum ſenectutem mortem cogitate. In elementis non quod amænum ſed quod caducum eſt, in aere non qua formoſitate ſed qua mortalitate, in vegetativis & ſenſitivis non qua vita creſcant, ſed cui funeri appropinquent, in ſtudijs & ſolertijs nõ quas opes aut dignitates

pa-

parent,ſed quibus remoris & obſtaculis viam in cœlũ obſtruant,cogitandum erit. Neq; tamen de ipſo orbe, quaſi hodie, vel cras, vel perendiè ruituro vbiq; loquimur: cæterum famem,peſtẽ,gladium,terrę motũ,tãquam legatos feciales domini cum honore recipimus. In fame *lapidibus ſcilicet cũ Naboth obruitur qui blaſphemat aut Deum aut regem*. Neq; enim vel fames, vel peſtis,vel gladius, vel terræ motus ſine blaſphemijs & maledictionibus mortaliũ excipietur. Viris interim Dei contritio ſit & pavor, & tũ cum extrema advenerint ſit fides & patientia. Nihil ſit improviſum,nihil incautum, nihil inſciũ. Appoſitiſſima eſt hæc Iſaiæ prophetia vrbẽ Hieruſol: & plurimas vrbes adeoq; orbem ipſum taxãs & comprimens. *Conſumpſit* (inquit *Iſaias*) *execratio terram deliquerunt habitantes in ea, propterea incaluerunt habitatores terræ pauciq; mortales reliqui facti ſũt. Execratio cõſumpſit terram &c.* Ex his patet quaſi conſũptionis morbo laborare terram ut pauci ſint ſuperſtites. Detur autem tale nondum impletum eſſe vaticinium in quo oſtenditur execrationem domini conſumpſiſſe terrã ut pauci mortaliũ ſuperſint. De mitiori vaticinio perſcrutemur,an noſtrũ ſit quod illico attexitur. *Luxit muſtum deformatæ ſunt vites ceſſarunt gaudia, contrita eſt civitas vanitati dedita,clauſa eſt omnis domus ne quis ingrediatur*. Dictãtur non abſona à pulchra S. Auguſt: diſtinctione qua vana huius mundi à ſolidis ſecernũtur. Vana ſunt vrbium, qualia ſunt cantica citharę tympana,civitates vero cum vanæ,tum multum vitioſæ,quomodo non in die viſitationis ſuæ conterũtur? Congeminat has minas Iſaias,*clamor eſt in plateis,obtenebreſ-* Iſa. 24.

cet omne gaudium, migrabit omne gaudium terræ, In vr-bibus relinquetur vastitas, & portæ devastatione percutiẽtur. Ad quas vrbes signatè collimet Isaias nõ est operæpretium inquirere. Operæ vero pretium est cognoscere de vrbibus ædibus plateis quæ nunc sunt, vtrum vanitati an vitiositati pareant. Nam quoniam & sic addit Isaias, *Erit in medio terræ, in medio populorum, ac si qui oleas excutiat aut faciat consummatâ vindemia racemationem.* Ecce vindemia consummata & racematio est vrbium, portarum, platearũ, civium, hominum, infœlix est præsens sæculum propter hanc vindemiam & racemationem domini. In omnibus plateis est gemitus & *væ* ad omnes portas custodiæ, quis egrediatur, ingrediatur, regrediatur, videant quorum ad curã id pertinet. Scrutẽtur Ædiles, Curules, an ædes quicquam fraudis vel audaciæ alant, videant in vrbibus Prætores vel Consules ne quid vrbium resp. detrimenti capiant, cum ista nostrũ ęvum potius quam prophetarum attigisse videantur. Hæc saltem des quicunq; legeris, scriptam admonitionem nostram ad pœnitentias prævalere & posse & debere. Investiget autem solers de hac execratione, qualis sit, à quo, quæ ob maleficia, in quem finem concitetur. Consequitur porro eius latus propheticus: *Dicetis, secretum mihi, secretũ mihi. Væ prævaricatores prævaricati sunt. Pavor idcirco & fovea & laqueus, &c.* Quæ perinde exarata sunt, ac si secretum prophetæ esset, futuros esse pavores, laqueos & foveas propter prævaricatores. In quo est error interpretum. Non est enim in origine, רזי לי וגו Isa. 24. v. 14. id est, secretum mihi, vel absconditum mihi, sed verba sig-

significant: macilentia mihi, vel macilentia mea mihi; ut maciem sibi vel macilentiam sibi imprecetur propheta, exinde quod prævaricatores prævaricati sint. Vbi enim est metus & periculum imminentium malorum ibi macilentia contritio & collisio membrorum pauor & tremor cùm Isaiam tum prophetas Dei citiùs & impensiùs quam cæteros complectuntur. Cum vero Isaias a tantis malis se maceret, sequuntur 3ª mala in littera Hebr: quæ colludunt suâ paronomasia, cæterũ mortalibus & miseris peccatoribus nullum lusum admittunt. Omitto vocabula Hæbraica. Sic autem latinè legitur. *Pavor & fovea & laqueus super te, habitator terræ.* Hic omnes viæ evadendi præclusæ sunt. *Et erit* (inquit) *vt qui fugiat à voce terroris incidat in foveam & qui è medio foveæ ascenderit laqueo capiatur, quoniã fenestræ desuper aperientur, & contremiscent fundamenta terræ.* Mirus hic insequitur vocum Hæbraicarũ & sonus & sensus, eo vsq; vt quemvis Hębraicè doctum non sine admiratione moveant. Sensus est secundũ versiones: *Confringendo confracta est terra, irritando irritata est terra, inclinando inclinata est terra, nutando nutabit terra sicut ebrius, & transferetur vt tugurium, & ingraveſcet super eam prævaricatio, & cadet nec addet resurgere, & visitabo super reges terræ.* Atq; hæc Isaias cap. 24. Ex omnibus autem omnium prophetarũ vaticinijs vix ullum memorabilius (id quod ad bella adeoq; hanc ætatem attinet) legitur, quã quod Isaiæ 34. his verbis percelebratur. *Adeste* (inquit) *gentes ad audiendum & populi ad advertendum: Audiat tellus & quicquid in ea est, Ira domini super omnes gentes erit. De*

Isai. 24. vers. 15.

Isa. 24.

vovit eas & mactationi tradidit. Quia inebriatus est gladius domini in cœlis & descendet super Edom & super populum quem vltioni sua devovit. Gladius domini impletus est sanguine, & pinguis est adipe & sanguine agnorum & hircorum, & arietum, quia victima domini est in Bozra, & mactatio magna in terra Edom. Nam dies vltionis est & annus repensionum ad iudicium Sion, convertentur torrentes eius in picem, & pulvis eius in sulphur, & erit terra eius pix ardens, succrescent in palatijs eius spinæ, vrtica & carduus in munitionibus eius, & erit habitaculum draconum, atrium pullorum struthionum & occurrent horrendi spiritus vlulæ, satyri ad comparem clamabunt, etiam ibi lamia requiem quæret & inveniet ibi requiem, ibi ædificabit vultur atq; pariet in vmbra ipsius fovebit ova et excsculpet, milvi quoq; congregabuntur, quisq; cũ sodali suo, &c. Non didicit Rhetoricam Isaias, & idcirco auditores benevolos non facit sed tamen attentos & dociles. In initio prophetiæ, ecce quale exordium. *Audite cæli, auscultet terra, quoniã dominus loquitur.* Ne longe abeam, non dissimile est hoc exordium. *Adeste gentes ad audiendum, et populi ad advertendum. Audiat tellus et quicquid in ea est. Situ attẽti sed et dociles. Ira domini super omnes gentes et furor super omnem exercitum earum, devovit eas et tradidit eas mactationi, vt interfecti eorum abijciantur, et ex cadaveribus eorum ascendet fœtor eorum, cruore eorum mõtes colliquescent.* Cadavera, liquefactio, cruor, fœtor, super exercitus & gentes; quem non cõmoneant & cõmoveant? Ira domini super gentes quas non libet articulare; Isaiæ vero et Iohannis (de quo supra) prophetiæ co-

coincidentes hos potius dies quam citeriores, & vlteriores potius quam hos ipsos non obscurè coarguunt. Vtræq; enim propheriæ, ipsi terræ & cœlis cædes vacuitatesq; comminantur. Nam & Isaias hoc ipso capite vbi montes colliquefactos ire ostēdisset: *Cōtabescent* (inquit) *omnes exercitus cælorum, et cōvolventur vt codex, et omnes exercitus eorum defluent, vt defluunt folia vitis et ficus, quia inebriatus est in cælis gladius meus; ecce descendet super Edom et populum quem vltioni meæ devovi.* Post cœlos contabefactos, Edom dicit ruiturā, vel populum quem vltioni eius devovit; Recensentur nomine tenus Edom, Bozra & Sion, de Sione autem adijcitur *quod convertentur torrentes eius in picem, et pulvis eius in sulphur, et terra eius in picem ardentem*, & insuper, *Quandoquidem pix ardens neq; noctu, neq; interdiu extinguetur, quod in æternū ascendet fumus eius, &c.* Quis non cernat in Isaia cùm prophetam tum evangelistam; ut qui sæculi terminos, & vltra ea etiam exitia quæ post sęculi terminos perseverantes in peccatis manent, prospiciat. Sed enim horum exitiorum meditatio in suum tempus differatur, de inferno inferiori pice atq; sulphure ardente, non malè, sed tamen non opportunè diceretur. Satis erit de pulvere & cinere vrbium comminari. *Possidebit eas* (inquit prophera) *ibis, castor, bubo et corvus.* Suggerēdū porro fuit vbi Isaias & Iohannes in vnū coaluerint, & Iohānes post multa sæcula vixerit adeoq; de vltimis sęculis & post etiam revelarit, ex consensione vtriusq; emergere, Isaiam nostrum vel vltimos ipsos dies & eos cum Iohanne solos, vel vltimos cum suæ ætatis diebus aut intermedijs comprimere. In his intermedijs

medijs diebus, id est qui inter Isaiam & Iohannem inter fuerunt, quæ (Deus bone) excidia? Sed attendens Ecclesiasticum, (*Ne quæras supervacua multifariam*) ea omitto & facilè patior sileri. Interim quoniam de gentibus agitur quas mactationi devovit dominus, & nominentur inprimis duę, id est, Edom & Sion, hic duos fratres recognoscimus Esau & Iacob. De Edom quæ ex Esau, de Sion quæ à Iacobo oriunda fuit, non potest breviter dici. De Edom vel potius de peccatis Edomitarum sic Abdias. *Superbia cordis tui decepit te qui habitas in petrarum cavernis, et cuius habitatio in editis est, perdam sapientes ex Edom et prudentes de monte Esau propter vim et iniuriam qua affeciſti fratrem tuum Iacob, pudor te obteget, exscideriſq; perpetuo eo tempore, eo (inquam) tempore quo hostes alieni exercitum eius captivum abduxerunt. Tu ex adverso stabas, tu quoq; ceu vnus ex eis eras, ne conspiciaris, ne lateris, ne venias in die afflictionis fratris tui. Prope enim est dies domini super omnes gentes. Quemadmodum feciſti, fiet tibi: talio quæ tibi debetur recidet in caput tuum. Quoniam sicut vos qui estis in monte meo sancto bibistis, sic quoq; bibent omnes gentes idq; iugiter bibent (inquam) & deglutient eruntq; sicut nũquam fuissent.* Documentum posteris referunt Edomitę non esse à petris & montibus superbiendũ, non esse sapientijs & prudentijs innitendum, non esse violentijs & iniurijs fidendum, nõ esse in fratres afflictos insiliendum atq; insultandum. Affligitur frater? Ne sis primus in ruina; ne læteris, ne stes ex adverso, ne sis vnus ex eis. Bibes enim & degluties. Vt autem ad Isaiæ locũ revertamur qui mihi propter hęc bellicosa tempora maximè

specta-

spectabilis videtur: *gladius pinguefactus adipe et sanguine agnorum, hiccorum, arietum, terra irriganda vnicornorũ & taurorum sanguine*, cœnæ magni Dei de qua est 19. Apoc. & de qua est 39. Ezech: ita coincidunt vt vix discrepare videantur. Cœnã Iohannis supra citavimus. Ezechielis hæc sunt verba. *Dic ad omnem avem pennatam & ad omnem bestiam agri, congregamini ad victimã quam ego macto vobis vt comedatis carnes, & bibatis sanguinem. Carnem Heroum comedetis & sanguinem principum terræ bibetis, arietum, agnorum & hircorum & boũ qui omnes saginati sunt in Bashan, & comedetis adipẽ ad satietatem, & bibetis sanguinem ad ebrietatem, saturi eritis ad mensam meam ab equis & equitibus, ab heroibus & viris bellatoribus, dicit dominus Deus.* Huc vsq; Ezech. Porro accedat his cœnis, victima, mactatio, cruor, fætor sanguinum tanquam convivium quod tibi ex hoc 34. Isaiæ emetior. Nemo est qui non tam triste cõvivium, alteri sœculo citius quam suo ominetur. Attamen mens secura tanquam domesticus anguis in sinu fovetur, dum tales cœnas detestamur potius quam deprecamur. Quæ de Gog, de Magog de Babyl. de Ægyp. de Bozra & terra Edom prophetãtur, quid ni μετονιμικὼς & translatione nominum audiantur. Si inter omnes gẽtes vni Sion ignotum esset & parcitum, esset forte cur aliqua gens sibi confideret. Cæterum ut Ezech. & Iohan. Gog & Magog atq; Babil demoliuntur, sic nihil tristius est quam quod Isaias hoc ipso loco ipsi Sion intimat, qui vbi ab vltionibus Bozræ & Edom ad iudicium Sion de nomine descendisset. *Convertentur* (inquit) *torrentes eius in picẽ, pulvis eius in sulphur, & erit ter-*

ta eius pix ardens. De Sione dicitur. *Possidebunt eam ibis & castor, bubo & corvus, & immittet ei dominus regulam inanitatis & lapides vacuitatis*. קאבני בר הו. Quæ voces in primordio Genes. vacuum & inane ante mundum conditum ostendunt, hæ ambæ hoc in loco occurrunt; metaphora sumpta ab Architectis qui lineis & lapidibus ædificantes per series extruunt, ac si dominus non demoliatur sed extruat desolationes & vacuitates quas ipsius sœculi senium cõminatur. Omnia tẽpus habent: priora extruendi hæc destruendi. Capta Troia ad singulas portas Dij ostẽditur. Dij gẽtiũ dęmones. Interim satis ostẽditur nõ posse amplius Troiam vi atq; armis muniri, cõtra quã fingit Poeta vel Deos cõstitisse. quorsũ istaec ut intelligat nõ prudẽtijs aut humanis cõsilijs nõ satellitijs, aut stratagematis amplius fidẽdũ esse. Nox mundo incubat, domini manus imminet, posuit dominus faciẽ suã cõtra regna & civitates in malũ & nõ in bonũ; scribens exercitus sanctificãs bella Iehovah est. Mihi credite, Davidis fundam, plusquã Saulí arma, gallicinium Petri plusquam clypeum Achillis tubas Evangelicas plusquam omnia classica castrensia, capessite & adamate. Pugnabant olim Harpyę de regno suo quibus Æneas ut æneus cum Troianis satis fortiter restitit. Fabulæ fabulæ. Sed videndum tamen ut bubo, corvus, vlulæ, satyri, struthiones, lamiæ, vultures, milvi cũ mortalibus de palatijs vrbibus atq; tectis, deq; regnis certent. *Clamabunt* (inquit Propheta) *ad reges & non erunt, succrescent in palatijs eorum spinæ, occurrent spiritus horrendi, & lamiæ ibi requiem invenient, & vultures ibi parient & fovebunt ova sua*. Hæc de Hie-

Isai. 34. v. 12.

erolo-

erosolyma dicuntur. De Babilonia vero, (nam hæ duæ vrbes t. ierosl:& Babil:citandæ sunt in documentū)pronuntiat similiter Iohannes, *factā esse habitationē dæmoniorum & omnis spiritus immundi, & omnis volucris immundæ & invisæ custodiā, quia de vino scortationis eius* Apo.18. *biberunt omnes gentes;cecidit,cecidit Babilon.* Hæc ipsa verba sunt itidem apud Isaiam. Præterita sunt pro futuris Spiritu prophetico, quod occasurū est cadit, & cecidit. De Roma quā S. Hieronymus typicè Babiloniam appellet, nihil amplius ne ominis quidē gratia dicetur. Sed adhuc clamat Iohannes. *Væ, væ, væ: civitas illa magna Babilō, quoniam una hora venit iudicium eius*; & adhuc. *Væ væ: Civitas illa magna quæ amicta erat bysso & purpura & coccino & deaurata auro et lapide pretioso & margaritis, quoniā una hora devastatæ sunt divitiæ tantæ.* Multa prætereo consultò, coniecturæ tuæ (Christiane Lector) remittens, quæ de Romæ sanctitate, claritate, iniquitate, quibus iam ferè Babiloniæ se æquavit, dici possunt. Non postulo eam nunc dici Romam quæ olim Babilonia fuit: vnum moneo, quoniam in hac appropinquatione regni cœlorum id est secundi adventus Christi, regnum Antichristi, sicut cætera regna, demoliendum est, quem dicente Apostolo *conficiet spiritu oris sui, abolebit autem claritate adventus sui:* & vos 2. Thes 2. qui ab Antichristo tenetis, omnesq; scismaticos & hæreticos, per horrendas infœlicitates quibus nulli ætati, sexui, gradui, ordini parcitur, quæ perinde vobis vt cæteris imminent, perinde vos vt cæteros ad pœnitentiā revocandos, & quasi ad portum salutis sistendos & appellendos esse. Nolui enim committere quo minus &

vos qui à Roma tenetis, documento Romæ vel si vultis Babiloniæ ad pœnitentiam vt proram & puppem salutis vestræ excitarem. Nos enim quorsum conflictamur vobiscum de schismate? vsq; quo tandem de errore aut hæresi? (cum non scientiam, non scholam, non disciplinam, sed vitam fidem, horrorem, timorem, gemitū, ieiunium & lachrimas & si quæ sunt aliæ propagines soboles q; pœnitentiæ, hæc tempora desiderent. Inter omnes homines maxime vesani sumus qui togam profitemur, si etiam tum inimicitias exerceamus, & quæstionū *lites nunquam finiendas* sustineamus, cum solis gemitibus, clamoribus, singultibus, scissis cordibus omnia extrema eademq; præsentia infortunia fatiscunt, quæ imminent & merito reformidantur. Valeat igitur Roma quæ sub iudice est, valeat Babilon quæ fronte fert blasphemiam suam, citetur iterum & sæpe Ierusalem. Non Babilon aut Roma per se sed per se Ierusalē & Sion rudimento sint, quæ ex gladio mortalitates & exitia regna & civitates maneant. Quæ omnia acerrimo epiphonemate sic concludit Isaias. *Scrutamini ex libro Dei et legite: vnum ex his non deerit.* Quæ omnia mirum est de ipso monte Sion, de monte sancto suo, cui omnes benedictiones accumulatæ sunt, pronuntiari. Reciprocum argumentum apud prophetas invenitur, vbi cæterarum gentium typus fit Ierusalem. Abdiæ 1°. *Sicut vos qui estis de monte meo sancto bibistis: Sic quoq; bibent omnes gentes. Bibent (inquam) & deglutient.* Ier. 25. *Ecce ego incipio affligere in vrbe quæ vocatur nomine meo, et vos omnino impune abiretis? Non impune feretis, quia ego gladiū advoco super omnes habitatores terræ, dicit dominus*

exerci-

exercitum. Cęterum vt citra personarũ, sic citra locorũ respectũ iudicat dominus. Sic enim reciprocatur Ierem. *Delet dominus omnem gentem iniquitati deditam, et Israeli parceret?* Et rursus, *Annon visitarem super his, dicit dominus aut in gentem quæ est sicut ista, non vlciscetur anima mea?* Heb. littera ב est littera similitudinis: *sicut ista*; vt non in hanc vel illam, sed in gentem quę est sicut ista, anima domini vlciscatur. Vna enim littera omnes gentes sub iniquitate conclusas, iudicio domini ad plenum addicit. Id vbi constet cum nihil tam incredulum aut insipidum sit, quã nostrates aut nosmet diuinis iudicijs subducere: reliquum est vt ne in ęternum pereamus, adeoq; voce prophetarum ad luctus planctus & fletus reuocemur. Ier. 5. v. 29.

Tristes post fatũ lachrimæ, sunt ante salubres. Isa. 22. *Vbi luctui lętitia insultat, mors sequitur. Vocauit dominus Deus in die illa ad fletum et planctum, ad calvitium et ad cinęturam sacci. Et en lętitia et gaudium, cædendo boves, oves mactando, edendo carnes et bibẽdo vinum, dicendo, Edamus & bibamus cras enim moriemur. Et revelatum est id in auribus domini exercituum. Non expiabitur vobis hęc iniquitas donec moriamini, dicit dominus deus exercituum. Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Nam hunc locum citat Paulus. 1. Cor. 15. ut infidelium, dum astruit resurrectionem: idcirco addit, *Nam ignorationem Dei nonnulli habent, ad erubescentiam vobis loquor*, Non dissimile est illud carmen:

Pone merum et talos, pereat qui crastina curat.

Mors aurem vellens, vivite (ait) venio. Hic liceat monere oratores atq; poetas (Nam hæc atq; alia ut ne

in quodam Xeniolo in quo Mœcenati suo non iners Poeta gratulatur) vt vel cessetis à carminibus, vel abstineatis à blanditijs & inflationibus vestris. Neq; vero assentemini vel assentiamini his qui mactant & edunt, ne nō facientibus sed assentientibus his qui agunt talia, non tā Apostolus mortem quam propheta aquas fœcundi calicis & capita pretiosa quassata comminetur. Ne colligemini neve assimilemini his qui in tali luctu lętitię nō parcūt. *Qui sapiens est* (inquit Ierem.) *intelliget istud et ad quem os domini loquutum est, annuntiabit istud, ob quā causam terra ipsa perierit, et exusto deserto similis sit, vt nemo pertranseat: eo quod* (*inquit*) *deseruerint legē meā quam imposueram eis, et non audiverint vocem meā, neq; ambulaverint in ea, sed loquuti sint perversam libidinē cordis sui.* Huc vsq; & vos adhuc adolescentes sapite. Ne erretis. Suum cuiq; pulchrum. Pulchre ille, Neminem cognovi Poetam, addo etiam Oratorem, qui non sibi optimus videretur. Intelligite vero, & eo potius quia eruditi estis, terram vel terras perire, adustioni atq; derelictioni affines esse, vbi indigenæ legē domini deseruerint, vocē eius non audierint, in libidine cordis sui prava incesserint, hoc animo & sēlu, hoc honore & omine carmina reddite & schemata: Crescat cum ætate timor & tremor domini; neq; vero tū cū atrocissima imminēt, præter cæteros eludatis aut illudatis aut ludatis. *Ecce* (inquit dominus) *ego cibabo populum istum absynthio, potabo eos aquis fellis, dispergam eos in gētes quas nec ipsi, nec patres eorum cognoverunt, mittamq; post eos gladium donec consumam eos. Sic dicit dominus Deus exercituum, Perspicite vt vocetis mulieres sapiētes, & ista* Ier. 9.

veniant

veniant & accelerent, & sumant super vos lugubre car- Ier. 9.
men & defluat oculus lachryma, & palpebræ guttas stillet aquæ. quoniam vox ululatus audita est in Sion. Quomodo vastati sumus? Audite vos mulieres verbum domini, & percipiat auris vestra verbum eius, atq; docete filias vestras lugubre carmen, & quæq; vicinam suam lamentationem. Quoniam ascendet mors per fenestras vestras penetrabit ædes vestras ad excidendum infantes de vicis & adolescentes de plateis. Huc vsq; Ierem. Satis vrget Prophetа. *Penetrabit ædes intrabit fenestras vestras*, nõ fur et latro, sed miles armatus, & iure belli atq; iure gentium legitimus hostis, hostis *cuius labium non intelliges.* Vbi vero sunt filiæ vestræ, vbi vicinæ vt doceantur ad lamentationem. Sanè mihi videor videre militem armatum ab Hispanica irruptione vel ineptione fenestras vrbium Angliæ ascendentem, ædes penetrantem, nec nõ excisos per communem Martis exitum cõmunis omnium nostrûm patriæ infantes de vicis atq; adolescẽtes de plateis. *Iam sõges est vbi Troia fuit*, iam spinæ & cardui vbi Sion fuit, iam struthiones & lamiæ vbi Babilõ fuit, ut soli Angliæ cum multiplicato pop. magnificetur lætitia, si mœnia sua et tecta sine motu aut metu inconcussa sint futura; adeoq; hanc ciuitatem arma, hanc toga, istam vota defendant: & hæc quia eruditior, illa quia sanctior, ista quia eminentior, evadat. Annõ ardere omnia malumus quam cernere in ærarijs, magnificis tectis, palatijs atq; tectis dominantes & triumphãtes struthiones, satyros, vlulas, lamias, horrendos spiritus? Animadvertatur ut non è Ierusalem, sed ex te ipsa auferat dominus heroem, militem, iudicẽ, prophetã,

con-

coniectorem, senem quinquagenarium, auctoritate suspiciendum, senatorem, sapientem, architectum & oratorem. Vt enim non est mihi religio omnia quoad historiam vel literam astruere, sic non patior fieri orbitates nostras, cum prę terquam quod attenuatæ atq; imminutæ sint nobilissimæ familię, in quibus heroes quinquagenarios, auctoritate suspiciēdos amisimus, percussi sint non infimæ sortis subditi, cum improvisa morte spor sa post sponsum, filij post patres abrepti, intra vnū mensem aut alterum, vel perexiguo tempore diem obierint; deinde, quod non solum in frequenti & celebri populo, verum etiam in oppidis & vicis, nō pauci peste interierint, de quo morbo, ne alieno fundamento superstruam paucis & invitus loquor. Pestis quasi lepra corrodens est, in cute, in veste, in æde immunda. In cute si fit lepra sit extra castra leprosus, sit etiam extra in cuius cute est pestis, vestis in qua crevit lepra comburitur, vestis in qua crevit pestis similiter Vulcano aut Neptuno tradatur; Domus cui inest lepra aut novis lapidibus extruitur, aut destruitur funditus. Hęc lex Mosis Lev. 13. iubet. Nę igitur domus à peste cōtagiosa, aut expianda aut destruēda. Quanquā id nō agitur ut domus destruantur, vestes concrementur, cutes distrahantur, sed ut interiùs impensiùsq; perpendatur, quam in infœlici discrimine simus, cum in ipsa cute, veste, ęde est pestis, *paries vel proximus ardet*. Nā & de genere huius morbi & de magnitudine est vidēdum: Genus est eiusmodi, ut inter omnes ægritudines animis hominum, metū examinationem formidinem inferre, incutere, inijcere possit, soleat, debeat. De magnitudine si sciscitemur, eam nu-

numeris locorum quę inficiuntur,& quam lęta'is sit,& quam pertimescenda sit docet. Res vel horror circumfusus vbiq;, res aspera spes multò asperior: Iam correptos in cruciatu, vicinos in metu, nos in mærore esse decet. 16. Apocal. tres phialæ effunduntur super terras, è quarum prima factũ est vlcus malum & noxium in eos qui adorant imaginem bestiæ, ex altera cum effunderetur in solem datum est angelo ut affligeret homines igne vel ęstu: è tertia factæ sunt tenebræ super sedem bestiæ, ex his æstuare homines dicuntur, commanducare linguas præ dolore, blasphemare nomen Dei propter has plagas, & propter dolores suos & vlcera sua nec resipiscere ab operibus suis, ut gloriã Deo darent. Hic licet æstum, ignem, vlcus legamus, tamen hoc ipsum vlcus, quod prę sẽs est nõ ausim dicere, sed nec apostemata Ægyptiaca germinãtia tã in homines quã animantes, ut est Exo. 9. sed neq; immedicabilem dolorem viscerum & interaneorum intumescentis s. per mare & fluctus maris Antiochi, de quo est secundo Mac. 9. Nam ut non sit idem vlcus, idem dolor, eadem apostemata & vlcera, tamẽ cum in hoc nostro vlcere, malo quidem & noxio, faces doloris admoveantur, non est dubitandum quin similia vlcera, similia eventa insequantur; neq; vero cũ rege insscio calva capillitia somniamus, quasi calvitio aut raso capillo dolor leuetur. Nõ est summum malũ dolor, sed nec malũ, si malũ culpæ dixeris. Interim cũ vltimæ iræ Dei super vltima tempora effundantur, in hoc crepusculo mundi inclinato ad post meridianum tempus diei, quorsum non omnes atrocissimas res immientes speculamur? Inter quas cum peste nulla sit atrocior

Apoc. 16.

Apoc. 15.

trocior, iniquum faciunt qui ex ea simul & semel mortẽ eiciunt, cum graves ærumnas tãquam vias ærumnolas morti præstruat atq; præiudicet. Nam nimis succincta mihi videri solent illa quamvis egregia contra mortis horrorem eulogia. Mors non pœna, sed pœnæ atq; naturæ finis est: eam sapientes nunquam inviti, fortes etiam libenter appetiverunt. Neq; enim turpis mors viro forti potest accidere, neq; immatura consulari, neq; misera sapienti; & adhuc si quid secus acciderit, æquo animo moriar. Male consul. Nam simul atq; vno ictu moriuntur qui laqueo suffocantur vel securi percutiũtur. Cũ illis qui hac omine diem obeunt melius agitur. Initium autem huius morbi inter medæ ærumnæ quasi totidem termini communes horæ mortis continuũ & contiguũ faciunt; sicut & anticipans mortem Iohannes videt in spiritu *ulcerosos mortales æstuãtes sole æstu & igne, mãducantes linguas præ merore, blasphemantes Deum cæli propter nouissimas plagas quæ nouissimis temporibus superuenient, neq; resipiscentes ab operibus malis.* Species sunt pro numero: ex his enim innumeras ægritudines à peste ebullientes sub finem mundi imminere miseris mortalibus credimus. Interim nostrum est (charissimi fratres) humanis casibus adeoq; præsentibus ingemiscere, neq; vero tã supinos aut improvidos esse ac si cum peste laborantibus nullos dolores communicandos aut partiẽdos esse crederetur. Recte ille. Movet me mæstus frater, exanimata vxor, abiecta metu filia, huius expectans exitum dici gener; postremo filius quem mihi videtur amplecti resp. tanquam obsidem consulatus &c. Hæc ille consul. Nos quid cogitamus singuli? Labora-

tur.

nir peste. Sed estne frater qui laborat? *Num sum ego custos fratris mei?* Nam sponsa sponso sit curę, filius & filia patri, socero gener, merito vos amant vulgus hominum qui docti, sophi, sancti estis. Cæterum satis horribilis est vobis illa sententia domini, *Erunt novissimi primi, primi novissimi*, sed & illa. *Dico vobis, neminem virorum illorum qui vocati sunt gustaturum cœnam meam*, Luc. 14. & illa. *Dico autem vobis, multos ab oriente & occidente venturos esse & accubituros cum Abrahamo Isaaco & Iacobo in regno cælorum, filios vero regni eiiciendos esse in tenebras exteriores. Illic erit ploratus & stridor dentium.* Luc. 13. Nam versa vice, novissimis potius quam primis, nō vocatis quam vocatis, venientibus ab oriente & occidente, quam filijs regni regnum Dei stipatur. Quod si quis vestrum aut quisquā miretur, quæ illa sit iniquitas quæ divinam vltionem in nos asciverit, primum respondemus vt scientes, (*Qui novit facere, nec facit, huic peccatum est*) deinde vt inscij, Deum formidandum esse vobis non quasi commissa sunt mala, sed quia omissa sunt bona, & intermissa necessaria. Non enim vel hi de cōmissis malis, sed de omissis bonis ad sinistram sistuntur, quibus dicitur, *Esurivi & non dedistis mihi cibum, sitivi & non dedistis mihi potum, peregrinus eram & non accepistis me hospitio, nudus & non operuistis me, infirmus & in carcere & non visitastis me*. Mac. 25. Spectate mihi vehementer atq; attendite. Qui non pascuntur non satiantur, non amiciuntur, nullis afficiuntur iniurijs, & tamē propter omissa id est amissa, & minus erogata ista beneficia ad sinistram disceditur; propterea quasi nimia nonnullis per arreptam domini dextram, pessimam de-

siniſtra non generent ſecuritatem. Me autem ſi conſulitis, ne ſitis de ſiniſtra ſupini, qui ecce in exvlceratiſſimis doloribus & ad ipſam peſtem ne extremum quidē digitum admovetis. Hoc veſtrum eſt vitiū, & calamitas. Et videte ſanè, idq; ſagaciſſimo intuitu, vt laqueus omnis contagio optimis viris inijciatur, propter certiſſimū ex tali morbo periculum, cum non preſbyteri, non chirurgi, nō medici auſint proſilire, nedum ſinguli. Videte igitur ne ſit improvidus & inſcius huiuſmodi temporis Apoſtolus, dicens. Gal. ſexto. *Fratres ſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate huiuſmodi ſpiritu manſuetudinis, conſiderantes vos ipſos ne & vos tentemini. Invicem alij aliorū onera portate, & ſic complete legem Chriſti.* Porro in dolore eſt frater, non in delicto, niſi quod ex dolore, blaſphemiæ, impœnitentiæ, cæteraq; delicta oriantur. Hunc inſtaurandum ſpiritu lenitatis monet Apoſtolus. Ingraveſcēte autem peſte claves ipſæ & preſbyteria fatiſcunt, cæteraq; Dei chariſmata quę Deo hominibuſq; chariſſima haberi ſolent. Neq; tamen vlla otio aut vecordiæ venia datur. In miſera illa Iudæorum ſtrage cum ad vnum vno die omnes Iudæi exſcinderentur, narrant regina Eſther & Mardocheus, ſi lues, ſi peſtis, ſi gladius graſſentur, cui anchorę fidendum ſit. Nā ſic Eſther ad Mordochæū. *Vade & congrega omnes Iudæos qui ſunt in Suſan et ieiunate pro me, ne comedatis neq; bibatis tribus diebus et tribus noctibus, ego etiam cum ancillis meis ieiunabo ſic eum ingrediar interceſſurus ſcilicet pro Iudæis ad regem. Abiens igitur Mardochæus fecit iuxta omnia quæ præcepit ei Eſther.* Ecce ieiunium quale in maximo pericu-

Gal. 6.

Eſth. 4.

lo

lo haberi potest. *Vade, congrega omnes qui sunt in Susan* hoc, est omnes qui sunt in regia vel domo regis, rursus omnes, sin minus quam plurimos (sed tamen vbi metus periculi non est) qui sunt in quacunq; civitate, Iudæos appello, id est, fratres, rursus omnes qui sunt in ijsdem ędibus memores dicti dominici. *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo ibi sum in medio ipsorum.* Laudatur exemplo Esther trium dierũ totidemq; noctium ieiunium: sed non nisi forte aulicis eisdemq; Palatinis mandatur. Equidẽ privatos, sellatos, fumosos alloquens, quorũ corona est abstinentia, & vita ipsa ieiunans, hortarer (quod vestra bona cũ venia fiat, non enim præscribendi sed commonendi gratia dicam) vt nihil gustaturi in sepositum diem septimanæ, horã prandij nec non horam cœnæ in sacram lectionem impendere velitis, vtq; quas duas horas pascendis corporibus solebatis, eas sarginandis animabus ad reditũ eiusdem diei condonetis. Vbi vero vrbana, & multa contagio non ferat vllam coitionem, imitaturi Esther, ieiunet quisq; cum suis in loco suo. Sin vero per contagionẽ domesticam ne tuos quidem asciveris, attende tibi ipsi vt ipse vel solus ores pro afflicto fratre. Arctior est fidei quam naturæ propinquitas. Ægrum, tibi fratrem, socerum, generum, patrem, filium, fides facit. Discamus à Paulo: *Gratias habeamus Deo sine cessatione vllam intermissionem fiat mentio non Timothei sed morbo tam letali laborantium nocte atq; die in precationibus vestris.* Hoc genus morbi non nisi precatione & ieiunio ejicitur. Date enim resinam nitrum & salivam quibus pestis curetur, quę cũ insanabilis sit, superest vt vos qui viri Dei estis Timotheo, Paulo, Epaphro- 2. Tim. 2.

dito, qui in se sententiam mortis receperunt, vestra refrigeria, Deo fidelia, Deo grata, Deo cognita, licet ipsis incognita accommodetis & sacrificetis. Opportunè Poeta:

Attingam certe quo licet ecce pede. Pes noster fides est, hoc pede per Deum ad proximũ, sicut tuo pede per proximum ad Deum itur. In extremis est frater tuus, vtrum peccans vel pœnitens difficile dictu est. Vt invitas iubet charitas, vt non invitas monet periculũ. Videtamen quam facile te huic anxietati subducã & extricẽ. Vt enim pro Rege pro magistratu, pro quavis supereminenti potestate absens presens fueris, sic pro fratre ęgro vel potius pro multis fratribus qui similiter exulcerati sunt, in ipso hemicyclo tuo, in ædetua, in cubiculo tuo, in abditissimo loco tuo, preces fuderis. Memineris nõ hominẽ sed hominum multitudines esse quorum succus cũ Davide versus est *in siccitates æstivas, qui singulis noctibus stratа sua lachrimis liquefaciunt*. Plena consolationis est illa promissio Apostolica: *Absterget dominus lachrimam ab oculis nostris*. Cæterum si lachrimanti proximo tu nullam lachrimam absterseris, par pari, & *dentẽ modo pro dente* (vt est in lege) dominus tibi referet, tibi nullam lachrimam absterserit. Eminus stant sacerdos & Levita à vulnere, eminus Eliphaz, Sophar & Bildad ab vlcere Iobi, eminus Petrus à cruce. Crux est, vlcus est, vulnus est pestis, stare scilicet eminus. Nam si cominus, moriemini. Suscipe iter tuum ne advenias infœlix, cũ & tibi obsis vsq; ad mortẽ nec alteri prosis. Quid igitur est? *Arma nostra nõ sũt carnalia, sed spiritualia & potẽtia secũdũ Deũ*. Epistolę graves, præsẽtia infirma. *Ego vt*

Iob. 2.

corpo-

corpore absens, præsens autem spiritu. Fides est Elenchus earum rerum quæ nec audiuntur, nec cernuntur, nec sentiuntur. In quantum vivo per fidem filij Dei vivo. Filius hominis cum venerit, num inveniet fidem in terris? Quomodo (scilicitante Aug.) te ebo absentem? Mitte (inquit) fidem & tenuisti; quæ ut Deum non modo propitium, sed etiam præsentem: sic absentes adesse, invalidos valere, mortuos facit vivere. Clandestinæ sint preces tuæ, furtiva ieiunia, clam fac eleemosynas. Hæc furta Deo placent. *Qui videt in abscondito reddet tibi in propatulo*, tibi (inquam) precanti in abscondito, ieiunanti in abscondito, facienti in abscondito eleemosynas. *Fide statis. Quicquid* (inquit dominus) *petieritis in nomine meo ego faciam*, & rursus. *Si quid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos & si scimus quod audiat nos scimus quod habeamus petitiones quas postulamus ab eo, Hæc est fiducia nostra.* Io. 5. Subijcit vero. *Est peccatum* (inquit) *ad mortem, non pro illo dico vt roges. Contra vero si quis* (inquit) *viderit fratrem suum peccantem peccatum non ad mortem, petet & dabit ei vitam. Si quis* (inquit) *viderit &c.* & tamen de aspectu, de loco, de persona non agitur, videris non videris, sit rex, sit æger, sis absens, sis præsēs, eadem promissio manet. (*Petet & dabit ei vitam*) qualis est & illa repromissio per Iacobum, *Obsecratio fidei salvum faciet infirmum.* Duæ sunt repromissiones quæ te ad altare tuum adigunt. *Erige eum dominus, & si peccata commiserit, remittētur ei.* Monet insuper confitēda esse peccata, orandū pro nobis invicē, multū valere precationem iusti si sit efficax. Atq; hic quatuor rerum vestigia (pie lector) contempleris & com-

Mar. 2.

Io 14.

1.Io 5.2.

complectaris: primò quod doceatur, in acri morbo accersendos esse presbyteros Ecclesiæ, secundo quantum sint meritum preces & fides, tertio quale sit præmium peccatorum remissio & sanitas, quarto personas & vigil perspice, ut non ei tantùm qui infirmatur, sed oranti & quovis modo supperias ferēti auris domini pateat. Quandoquidem autem per contagionem accercersendi non sint presbyteri, sed nec iusti & Elię similes, sed nec alij nec vlli, exploratio sit hæc tentatio fidei tuę. Dictu enim est proclive vtrum cōiuncti vel diuisi, vtrū præsentes vel ablētes, vtrum ore & corde vel corde solùm preceris, nihil ad fidem nostram. In re autem præsenti ferè omnes resilimus. Vt quid autem præsentia, ut quid corpora, ut quid carnes? sine modo (si male allegem) *Caro non proficit quicquid.* Spiritus est qui vivificat. 2°. Mar. contestatur Evangelista, *Iesus* (inquit) *vidēs illorum fidē, ait paralitico Fili remittūtur tibi peccata tua*, cum quatuor essent qui perfosso tecto funibus dimitterent paraliticum, ut domino sisteretur. Apposita est & illa laudata domino fides Centurionis. *Nō sum dignus vt subeas tectum meum, Dic modo verbum, & servabitur famulus meus, cui dominus. Abi & sicut credidisti fiat tibi. Non inveni tantam fidem in Israele.* Hic queramur adhuc licèt intempestiva esse tecta quæ adeamus, nos indignos quibus adeunda: Respondetur idcirco efficacitatem esse, fidem esse, quam exigit dominus Sint igitur lampades vobis instructæ oleo Evangelico: ite ad nummularios dum tempus est & est integrum. Sero euuntibus & redeuntibns occlusæ sunt ianuæ, diciturq; *Non novi vos.* Hic Chrysost. Lampas

Mar. 2.

fides

fides est;oleum bona opera;quibus ut oleo nutritur fides. Venit sponsus rediens à nuptijs, & propè adest, etiam pro foribus. Vt aquis ignis flammæ, sic eleemosynis iniquitates restingũntur,sed & peccata pœnitentijs, maleficia beneficijs pensantur. Omne caput languet, omne cor mœret. Quid vel hic, vel illic, vel ibi, vel alibi, vel vspiam otiosi stamus? Satisne multa præmia quia duo modo sunt,remissio peccatorum & sanitas? Vtriũq; tibi pro eo qui infirmatur,oranti præstat misericordissimus Deus, peccatorum (inquam)remissionem & sanitatem. Licèt vero rursus Chrysostomus: Non tam annuit dominus cum ab alijs, quam cum à teipso oratur: Animadvertatur tamen,ut & infirmus de quo est apud Iacobum, & paralyticus secundo Marci Evangelistæ, & octavo Matthęi, sanatus homo,fidei eorum cõdonetur qui vel preces,vel quascunq; suppetias afferunt. *Obsecratio fidei salvum facit infirmum. Videns autem Iesus* (non dicit) ipsius,sed *illorum fidem,dicit paralitico, Remittuntur tibi peccata tua.* Centurioni dicitur. *Abi & sicut credidisti, fiat tibi, & sanatus est famulus eius in hora illa.* Non est sacerdos Centurio, non sunt presbyteri qui dimittunt paraliticum,& tamen horum fide sanitas fit infirmis. Porro obsecratio fidei apud Iacobum accersit presbyterum,sed in thesi nõ in hypothesi. Scitè ille. Te, Eruci, pugna Cannensis oratorem sat bonũ fecit: sic in tãta strage post 50.millia hominũ vna peste absũpta, ne mireris si presbyter sat bonus vel sat bonus vel presbyter habearis. Invisæ sint ægris omnibusq; miseris omnes superstitiones sed et ceremoniç, quæ è personis fere,locis, temporibus ortæ, cum his transversis Matth.8.

transuersæ aguntur, & ut accidentia (vt cum Dialecticis loquar) adsunt et absunt ptæter subiecti corruptionem. Nam vt leges, quæ in armis feruntur tempore nõ re æquitatem vrgentes pace antiquantur, sic vbi omnia satis salva sunt, et pax est rebus, habenda est ratio personæ, causæ, gestus, ordinis &c. Vbi vero obruimur miserijs & maximè periclitamur, non quis sit, sed quid fiat, non quo tempore, sed qua ἐνεργείᾳ, non quo fine, sed quo fructu est explorandum. Quare omnibus ambagibus & remoris semotis, eo vsq; sis presbyter, eo vsq; efficax, eo vsq; iustus & Eliæ similis, quousq; fratri febricitãti, blasphemanti, non resipiscẽti ores aut ereptionem aut pœnitentiam. Nimiæ enim fiduciæ est vel potius insciriæ, cum & Iob & Ieremias maledicant diebus nativitatis suæ, non conijcere omnino nec vllo modo hærere an frater peste laborans sit patiens, sit pœnitens, sit resipiscens, immo vero cum instent secundũ Paulũ tempora periculosa per horrenda in extremis diebus flagitia & scelera, vt non pessimi sint ingrati, carentes affectu, nescij fœderis, immites fastuosi maledici, proximè & secũdum teipsum pro vniversis præsertim afflictis exores dominum, ne incidãt in laqueum diaboli; vel si forte inciderint, ores secundum Apostolum, ut Deus det illis pœnitentiam vt resipiscant à laqueo diaboli, forte capti ab eo ad ipsius volũtatem. Lego esse œvum quo diabolus ad 1000. annos ligandus est, idem lego eum post 1000. annos solvendum esse, an vero hoc ævo ligatus sit an solutus non audeo dicere. Cæterum quoniam orat Paulus ne qui absorbetur dolore, circumveniatur à diabolo, quoniam precatus est ne Corinthijs sensus sicut olim

2. Tim 3.

2. Tim 2.

Apoc. 20.

2. Cor. 1.

olim Evæ, serpens corrupisset, & Thessalonicensibus ne tentasset eos tentator, vt scite Poeta, *Sic notus Vlisses?* sic liceat imitari: sic notus satanas? vt neq; viros neque mulieres, in tantis miserijs, nõ exagitet, nõ seducat, non tentet? *Immo vero sitis fortes per Dominum & per potentiam roboris illius, hortante Apostolo, vt possitis stare adversus insultus Diaboli. Non est enim nobis lucta cũ carne & sanguine, sed adversus principatus, adversus potestates, mũdi dominos, rectores tenebrarum sæculi huius adversus astutias spirituales in cœlestibus.* Non dicitur, rectores, mundi, sed *rectores tenebrarum mundi huius*, nõ dicitur, astutias sed *spirituales astutias in cœlestibus.* De diabolo est prægrediens periodus, de diabolo est subsequens; Diabolus est quem dominus *principem mũdi* quem Paulus *Deum mundi* interpellat; contra tam formidolosum hostem, quem nescias, an vi sit, an dolo potentior, ne sis inermis atq; incautus. Hunc Paulus *vniversa armatura Dei*, Petrus *fidei soliditate* resistendũ docet: *scientes* (inquit Petrus) *eas dẽ afflictiones vestrã quæ est in mundo fraternitatem consummare.* Nam dum fratres sumus, dum homines, dum in mũdo sumus, mala quę alios opprimunt à nostris tempore tantũ, non re distinguimus. Cum adsint mala illorum; nostra instant. supereſt igitur, vt ores, lugeas, saccum induas, in cinere ieiunes propter fratrẽ, præsertim cum tales sint cotagiones vt cum corporum insalubritate animarum nescio quod vlcus ac vulnus coniunctum habeant. Equidẽ in Iohannis vaticinio, quod mihi has afflictiones satis propheticè pertingere videtur, illud reputo miserimũ quod post tales exulcerationes quæ in vltimis temporibus,

Eph. 6.

1. Pet 5.

bus orbi supervenient, videat in spiritu *blasphemantes Deum, nec resipiscentes ab operibus suis malis vt gloriam darent Deo.* Næ hoc atrocissimũ est quod non resipuerint. Cæterum eo se referat, vnde digressa est, scriptio nostra. Ad bella redeundum est, inter quæ cum navale multum formidabile sit, de eo multa dicenda essent nisi quod in eo genere belli Anglos non multum exercuerit fortuna reip. Contra Hispanos duas pugnas navales perpessi sumus, alteram in confinijs nostris, alteram in maritimis ipsorũ; in vtraq; Angli victores fuimus. Quã quam de talibus victorijs (in quibus nõ homines sed naves integrę, non cominus gladijs, sed eminus balistis aut tormentis aut ignibus, quasi humanis fulminibus pessũdabantur) non supra modum gaudeamus: vt vero à bello navali cuius maxima est formido, sed alterius calami, discedatur, ab ipsa classe licet impetus hostilis non esset, nostrates magno numero perierunt. Luctuosissimũ sepulchrum fit imum maris & deploratissimũ; in quo nõnulli forte non ignobiles, plures vero quos propter ignobilitatem nemo nominat, penetranter submerguntur. O viros & mulieres, ad Hymenæa lætos, ad epitaphia lentius & segnius irrumpentes. Suscipite vero lugubre carmen, arte concinite; amiserunt enim & pietas & natura vim suam. Concives vobis atq; fratres fuerũt hi qui in profundo maris sepeliuntur, & perpaucorũ est oculus qui defluit lachrimis, & palpebrę quę stillant aquas. Compellat Ieremias præficas mulieres vt in tali orbitate, scitè sed flebilitèr psallant. Corruerunt vt olim à Palæstinis, sic ab Hibernis & Hispanis corruunt Saul & Ionathan, id est, patres & filij, duces atq; milites. Discite

cite à Ieremia, sed tamen à Davide disertiùs, & dolere & psallere. Sic ille. *Decus Israelis in excelsis tuus vulneratũ est, quomodo corruerunt heroes? Ne nuncietis in Gatti, ne prædicetis in plateis Askalon, ne forte lætentur filiæ Palæstinorum, ne forte exvltent filiæ incircumcisorum: montes Gibeon, ne veniat super vos ros neq; pluvia, quoniam illic clypeus heroum ignominiosè abiectus est, clypeus Sauli ac si non esset vnctus Deo; Saul & Ionathan amabiles & iucundi in vita sua, in morte quoq; sua non sunt separati, velociores fuerunt aquilis, fortiores leonibus. Filiæ Israel flete Saulem, &c.* Quid igitur est? Num mortuis Saule & Ionathan celeusmata desideramus? Non placet paganismus, sed nec Iudaismus: immo vero non placet indolentia, nõ placet tanta tamq; supina oblivio. Super mortuis nullus sensus, nulla cura, nullo modo placent. *Erunt scilicet in extremis diebus viri carentes affectu.* 2. Tim. 3. Io Pæan non revocatur; sed tamen attendite vt Seneca (qui Claudium Cæsarem è cœlis vsq; ad inferos deturbat.) in re seria ludat; nam vt cætera gravissimè, sic ista magis scitè quam sanctè cecinit. *Fundite fletus, edite planctus, fingite luctus, resonet tristi clamore forum, cecidit pulchrè cordatus homo, quo non alius fuit in toto fortior orbe, ille citato vincere cursu poterat celeres, ille rebelles fundere Parthos.* Instar omnium sit hoc vnum funebre carmen. Valeant Anapæstica citius tragædijs quam vitæ aut morti consona. Mulieres quoniam & Ieremias, & David lamentabundas suscitat, & nos non poetarum, sed prophetarum æmuli suscitemus. *Lugeant vxores, lugeant matres, doceant filias luctum & vicinas lamentationem. Multi-* 2.Sam.1.

Ier.15. *plicatæ (inquit dominus) sunt mihi viduæ super arenam maris, deformata est quæ peperit septē.* Sed & multiplicatæ sūt Angliæ viduitates, virginitates, orbitates. Multiplicatæ hodie sunt viduę quarum viri in bello occubuerunt, deformatæ hodie quæ pepererunt 7. quarum filij sub armis ceciderunt; Amiserunt nobiles atq; ignobiles fœminæ partim sponsos, partim filios, fratres præterea & affines; in luctu & squallore istæ fuerunt, hæ vicissim & sua quasi vice in mærore versantur; iuxta Apost. *(Flete cum flentibus)* condolere compati contristari oportuit. *Ne contristemur sicut gentes quæ spem non habent*, sed contristemur tamen: induite sensum catholicum, christianum, humanum, Paulus sit Papa noster, Iob.2. sed & surgens à convivio Tobias, & sepeliens mortuū, pulchrè homines ad hæc tempora erudit. Quibus vaticinium Amos vicinum est: Amos 8. *Vertam dies vestros solennes in luctum, & universa cantica vestra in lugubre carmen, inducam omnium lumbis saccum, omnibusq; capitibus calvitium, efficiamq; vt luctus sit qui in morte vnicè dilecti esse solet.* Dies amarus est. In mœrore sunt partim viduatæ, partim mulieres orbatæ. Hæc amisit primogenitum Hiberniæ, illa amisit sponsum Flandrijs, hæc Galliæ, ista Hispaniæ. Nobis porro summa illa civitas, decus Angliæ, ornamentum regni, vel regnum vniversum, sit tanquam ęrumnosa illa & iam deformata miEsd.4.v.9. serijs anus de qua est apud Esdram. *Hæc filium post 30. annos genitum & nuptui traditum, in thalamo morte defunctum luget.* Apparuit enim illa anus Esdræ, magna voce lamentabunda, consciscis vestibus & capite pulvere conspersо, vt quæ animi supra modum angebatur. Omitto

mitto cætera. Attamen cui miseranda Angliæ facies non adhuc misera apparet, scrutetur cætera. *Evanuit mulier cuius vice vrbs exadificabatur, late q; locus patescebat fundamentis.* De hac muliere sic Vriel angelus domini ad Esdram. *Hæc* (inquit Vriel) *anus quam vidisti Sion est, quod tibi rettulit filium ingressum thalamum fortuito casu concidisse mortuum, ea est quæ contigit ruina Ierusalem.* Paradigma est vel potius visum Esdræ, rei non gestæ, sed vt gestæ, delineatio. Id enim si minus apparet, vt vniversa resp: (quæ invisibilis est) viduitates atq; orbitates ferat, in facie mulieris deformatæ ærumnis, nec non deplorantis vnigeniti necem, illustrius fiat. *Petit locum solitudinis neq; repetit vrbem. Nec edit, nec bibit, luget sine intermissione, ieiunio se macerat, vsq; dũ moriatur. Iubetur repetere tum vrbem tum virum. Non faciam* (*inquit*) *sed hic moriar.* Hoc specimen, hic typus, hæc formula sortis nostræ. Etiam acri intuitu appareat tibi (pie lector) patria tua, sicut anus deflens vnigenitũ nuptui traditum, ensi hostili & à primo thalamo abreptum. Non est hoc παράδειγμα vbi nos nostræq; res afflictæ cogitantur, non παράδοξον non παραβολη: Res gesta & viva narratur. Cesset secundum prophetam, non Iudeæ sed Angliæ *vox lætitiæ & vox gaudij, vox sponsi & sponsæ.* Quare vt iterum Ieremias, *audite, auscultate, me exultemini quoniam dominus loquutus est. Date domino, Deo vestro gloriam, priusquam tenebras obducat, & priusquam pedes vestri impingant ad montes crepusculi, & expectetis lucem vt vertatur in mortales vmbras & caliginosas:* Ier. 13. *Ante vmbras mortiferas ante caliginem, ante montes crepusculi ad quos pedes mortales impe-* Ier. 17.

gerint,

gerint; audite, auscultate, honorate dominum Deũ nostrũ. Dies domini tenebræ est & non lux, caliginosus absq; splendore, Amos. 5. Dant satis disciplinarum varij casus horum temporum & tot discrimina rerũ. Privatis licet indulgentes: vbi vero naves naufragijs, ędes incendijs, vrbes pestilentijs affines narrantur, contremi scite vniversi, & simul silẽtes Deo perhorrescire. Neq; enim (ut antiquitus) dicitur, lapides cadere, & mori mortales propter tumultus bellicos, sed illud dicitur, naves naufragijs; ædes incendijs; vrbes pestilentijs, tãquam à vindemia relicta racematione allisas, discerptas, attritas.

Luc. 4. Affligite vos, lugete & plorate. *Risus vester in luctum convertatur & gaudium in mœrorem.* Scriptum est. *Appropinquate domino & dominus appropinquabit vobis.* Scriptũ est. *Humiliamini in conspectu Dei.* Scriptũ est *Discite à me quia mitis & humilis sum corde.* Videte & cavete à superbijs, humilitatem hæc tẽpora desiderãt. Nihil tam irreligiosum, aut inquinatũ, nihil tam iniquũ aut barbarum, nihil tam inimicum Deo, aut extremæ ruinæ expositum quam superbiæ vlcus & tumor: *Quid superbis pulvis & cinis? Terra, terra, terra, exaudi verbũ domini. Ingredere*, invitante domino per prophetã, *in petram & abscondere à facie terroris domini & formidine magnificentiæ eius; oculi sublimes humiliabũtur, & inclinabitur altitudo hominum, & exaltabitur dominus solus in die illo, quoniam dies domini exercituum super omnem sublimitatem & altitudinem, & super omne elevatũ, & humiliabitur: super omnẽ cedrum, super mõtes, super omnem murum munitum, & inclinabitur altitudo hoïs, & virorum sublimitas incurvabitur.* Non est

Isa. 2.

cedrus

cedrus, non est mons, non murus. Homo est cuius altitudinē incurvabit dies domini. Incurvate vos (fratres) ne a domino incurvemini. Sunt (inquit Hieronymus) qui ne fractis cervicibus incurvantur. Ne simus populi duræ cervicis, ne Ænigmaticè de nobis rursus scribat Hieronymus: capta Ierusalem tenetur à Nebuchad. nec Ieremiæ vult audire consilium, quin potius Ægyptum desiderat ut moriatur in Taphne, & ibi servitute pereat sempiterna. Attamen non repetit Anglus Ægyptum non Taphnen, suo solio ac solo, sole ac cœlo gaudet. Incolæ Angliæ sicut terræ Canaan facile derogamus & detrahimus, non enim dicam dijudicamus aut despicatui habemus. Anglus cuius lingua forte est promptior, sensus vegetior, mens eruditior, caro venustior, videat ne instar Chrysogoni, prę se hominem neminem putet. Porro vbivis oriundi aliquid gerunt ingenuitati atq; naturæ humanæ dispar, disgregans & dissimile. Hinc facilius Angli impingimus, gentes & regna tantum non aversamur, exteros ex alto despicimus. Quibus salubrē verecundiam incutiant chirographa, quæ omne discrimen inter hominem & hominem, gentem & gentem, quoad Deum auferunt. *In omni* (inquit Petrus) *gente qui timet Deum & facit iustitiam acceptus est ei.* Gaudeat Anglia se nō excludi, Gaudeat sibi syllogizare: In omni gente, idcirco in Anglia. *Oculi domini* (inquit Prophetа) *super iustos & aures eius ad preces eorum. Vultus autem domini super facientes malum; ad exscindēdum è terra memoriam ipsorum.* Interminatio est omni genti prę iudicans, quare & Angliæ. Quemadmodum oculi domini super iustos in omni gente, sic vultus domini super

Aug ep. 26.

Act. 10.

1. Pet. 3.

facientes mala in omni gente, & in bonum, & in malũ; eadem frons omnibus, idem vultus domino. Nõ est novum, personam Deum non accipere. Non est Iudæus aut Græcus, non est Anglus aut Hibernus. Attendite (charissimi fratres) quid dicatur & quomodo: Non est Anglus, non est Scotus, non Hibernus, non Hispanus. Nam qua tandem ignominia, quo ludibrio, quibus facetijs atq; cachinnis exteros traducimus? Attendite vero & videte ne vos apprehendat, clamans a domino exercituum, propheta Psal. 2. *Qui sedet in cælis videt. Dominus subsannabit eos. In ira sua loquetur ad eos & in furore suo conturbabit eos.* Quinimo quisquis es carpe bonũ tuum gratus, cave vitium tuum pius, time fatum tuum cum à Deo tum ab hominibus prudens. A me autem sic
Isa. 15. admoniti universi sic habetote. *Dies domini sævus adest & excandescentia, vt redigat terram in solitudinem, & peccatores eius ex ea exscindat.* Nihil est quod tam sitiam, quam vt qui leget vel legent nostras has chartulas, intelligant dominum ipsum scribere etiamnunc exercitus, non vt olim contra Iudæam, Babiloniam, Ægyptum sed contra vniversam terram. *Si surrexerit* (inquit dominus) *in medio vestri propheta*; sed enim quorsum propheta? Nam si quis surrexerit à morte non credent, sat prophetarum, sat Apost. sat martyrum; Clamet pro
Isa. 3. m: Isaias. *Vox* (inquit) *multitudinis in montibus, instar populi ingentis, vox fragoris ac si regna gentium coivissent, Dominus exercituum recenset exercitus bellicos, veniunt de terra longinqua & è finibus cælorum dominus & vasa indignationis eius ad vastãdum vniversam terram.* Vt enim vna eademq; opera in Evangelio contra

Ieru-

Ieruſalem & mundum ipſum prophetat dominus: ſic Iſaias onus Babiloniæ, quaſi nobis natus non tam contra Babiloniam, quam contra orbem vniverſum deponit. *Excande ſcentia domini* (inquit) *vt redigat terrã in ſolitudinem. Vox fragoris, ac ſi regna gentium coiviſſent, ad vaſtandum vniverſam terram*: vt licet onus Babiloniæ indictũ ſit, coincidat tamẽ evangelio; in quo de vltimis diebus neceſſariæ ſunt prophetiæ, adeoq; ad hęc tempora (quæ intermedia, vel penultima ſunt) nec non ipſum mundi deliquiũ vno eodemq; chirographo collimẽt. Quorſũ alioqui de obſcuratione ſolis lunæ & ſtellarum prophetiæ? *Obtenebreſcet* (inquit) *Sol in ortu ſuo, & luna non lucebit lumine ſuo, ſtellæ cœlorum & ſydera eorum non ſplendebunt lumine ſuo & viſitabo orbem ob malitiam?* Non dixit vrbem ſed orbem. *Ego præcepi*, (inquit) *ſanctificavi heroes meos lætantes gloria mea, ad exequendum iram meam. Vlulate quia prope eſt dies domini, Omnes manus remiſſæ erunt, & omnium mortalium corda liqueſcent, facies eorum flammas referent.* Quarũ anguſtiarum myſteria etiãnunc operãtur. Sed enim de Ieruſalem & Babilon plura nõ dicam; quæ vrbes vt omnia extrema perpeſſæ ſunt, ſic figuræ ſint nobis in quos termini ſæculorum inciderunt. Vice ante Ieruſalem vel precatur, vel vaticinatur contra Babiloniam prophera Pſal. 137: dicens. *Beati qui apprehenderint, & alliſerint ad petras lactantes tuos.* Veruntamen lactantes Babiloniæ, ſenes Ieruſalem ad petras alliſos quis non deploret? Interim ſenes & lactantes mundi ad Petras alliſos vel allidẽdos quomodo non vim lachrimarum effundẽtes ingemiſcimus? Perinde quaſi non cum præiudican- Iſa. 13. v. 10.

ti animarum periculo post vulnera vt milites, itidē post funera vt mulieres, quasi mundi funerarij in fletus & squallores soluti doleamus. Quinimo clamant instantia mala: *Qui ad gladium ad gladium qui ad pestem ad pestem, qui ad famem ad famem qui ad mortem, ad mortē*; imuno vero dum tempus est & est integrum, qui ad pœnitentiam, ad pœnitentiam, qui ad lachrimas ad lachrimas, qui ad ieiunia, ad ieiunia, qui ad eleemosynas ad eleemosynas, qui ad restitutiones ad restitutiones. Etiam fratres (dicam enim rudiùs sed planius vt & res possit intelligi, & (quantum in me situm est) effecta dari & confici) Qui ad restitutiones ad restitutiones, qui ad satisfactiones ad satisfactiones, qui ad recompēsationes ad recompensationes. Enimvero restituite quod surripuistis, satisfacite vbi læseritis, recompensate vbi acceperitis. Insueta fortassis vrgeo & insolita bona, sed videte quam opportuna. Nihil mirum si plus valeant (vt loquitur S. August.) mala inolita quam bona insolita. Nā ô infaustum & infœlix sęculum quod in tam longa ętate dum decipit, desipit. Facie pauperis commolita, orphano bonis emūcto, vidua ærumnis mœstificata, viro Dei contumelia invsta, recta, sancta, iusta Deo incitaveris? Neq; enim quantumvis vel mundities mundi, vel sanctitates sanctuarij religiosissimè coleueris, nisi tuum maleficium quod iecisti repensione beneficij aut paris aut maioris cumulaveris, in manipulo bonorū eris. Est ne ablatum apud animam tuam & doles nec restituis? Non per me sed ante me clamatur: Frustra hic dolor. Ego vero sperarem rem qnam rescieris restituendo & posse à Deo & debere ab hominibus deleri delictum.

Nonne

Nonne si bene egeris, bene recipiēris? Si non bene, peccatū ad ostium cubat. De ere, de veste, de mola, de ove ablata de bove surrepto non semper lis est, mandata scilicet servantur ab omnibus qui non furantur aut mœchantur ab adolescentijs. Nimirum nihil est indulgentiæ loci. *Peccatum ad ostium cubat. Omnis iniquitas peccatum est.* Ioh. 5 *Si te iudicet cor tuum, maior est Deus & solus omniscius.* Cui personę vim feceris, quo tempore, quibus administris, quo animo qua voluptate, *scrutans corda & renes Deus* suo tempore & perscrutabitur, & pervlciscetur. Te tuæ infidiæ, hunc violentiæ inculant, reos ferè omnes faciunt potestates & imperia; volunt qui valēt, malefacere, quibus vno verbo Psalmista: *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate?* Laudatur App: Claudius qui cum senex & cæcus esset gerebat non modo auctoritatem sed etiā imperium in suos. Quidni laudetur, nisi qnod patrū-famil: in familias, dominorū in servos sive astutiæ, siue violentiæ pro claris laudatilq; imperijs habeantur. Careant vero dominationibus simul & voluptatibus, qui in alienis servitijs atq; ignominijs dominationes voluptatesq; inveniunt. Quibus salubrē pudorem incutiant, cùm vltima ira Dei, tum interim citatę vastitates, vlulatus, manus remittendæ, corda liquefacienda, facies flammas referentes, classica concutientia montes, committentia regna, collidentia populos, & ipsius domini summa equitas, qui in consumptione rerum omnium, inter dominantes & servientes, potentes atq; impotentes, regentes atq; submissos nullum discrimen faciet. Quibus medicabile sit, Isa: cap. 24. pervulgatum & per-celebratum vaticinium his verbis, *Ec-*

ce dominus evacuat terram & disperpit eam, depravat faciem eius & dissipat habitatores eius, & erit sicut populus, sic sacerdos, sicut servus sic dominus eius, sicut ancilla, sic domina eius, sicut emptor sic venditor, sicut fœnerator, sic fœnus accipiens, sicut debitor sic qui ei dat fœnus, evacuando evacuabitur terra, & direptione diripietur, quoniam dominus loquutus est. Tam humilem (inquit ille) *ipse fecit quam eminentem, & omnium æquè curam aget. Cæterum potentes potenter tormenta patientur.* Nã hic videte qui dominantes estis quid vestra interfit. Mirer (inquit Chrysostomus) si quis rector servari possit. Nolite plures magistri fieri (fratres mei) scientes quod maius iudicium recepturi sitis. *Væ pastoribus his qui pascunt seipsos* (inquit dominus.) Non enim soli clero hoc væ inclamandum atq; intonandum est. Sequitur. *Vivo ego* (dicit dominus) *eo quod oves meæ fuerint direptioni, & facta sint oves meæ cibus omni bestiæ agri, Ecce ego requiram oves meas de manu eorum, et eripiam oves meas ex ore eorũ, quia in duritia & sævitia dominati estis eis.* Sis sacerdos, sis laicus, sis minister, sis magister, sis pastor, sis rector, si sævus fueris, si durus, si te ac non oves pascas, iubetur contra te vaticinari propheta: *Etiam vivit dominus insurgens & inquirens oves suas de manu tua.* Itane soli sacerdotes sunt, quibus sic dominus per prophetam Malachiam? *Appropinquabo, ero testis festinus, contra maleficos, contra adulteros, contra eos qui peierant, et contra eos qui mercenarium mercede fraudãt, per vim & calumniam viduam & pupillum opprimunt, & qui aversantur advenam & me non timent, dicit dominus exercituum.* Audite vero insonantem & intonantem

Isa. 24.

Iac. 3°

Ezc. 34.

Mal. 3.

tem

tem Paulum. *Iuſtum eſt apud Deum reddere his qui affligunt vos afflictione, & vobis qui affligimini relaxationẽ nobiſcum, cum revelabitur dominus Ieſus de cælo cũ angelis potentiæ ſuæ, cum incẽdio flammæ, qui infliget vltionem, &c.* Siquidem meditatio illa de angelis potentiæ ſuæ, de incendio flammæ, de facie domini, & de gloria fortitudinis ipſius huiuſmodi eſt, vt omni animæ cõtra omnem iniuſtitiam frænum vel potius fulmen incutiat. Tonitrua vel fulmina ſint dicta prophetarũ & Apoſtolorum, quæ leveriſſima ſunt, ne ipſa fulmina atq; tonitrua feriant. *Scientes terrorem domini, ſuademus* (inquit Apoſt:) *hominibus, Deo vero manifeſti ſumus.* Hinc S. Ambroſ: citans ad pœnitentiam, hominibus (ait) ſuademus vt credant ut provideant, ne incurrant & tunc pœniteant quando pœnitentia fructum nõ habet. Qui ipſe ut longe vberius in dictum domini: *Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt*: Vtinam (inquit) nos fœcundarum vſum arborũ poſſimus imitari ne Evangelici agricolę ſecuris trunci radicem ſilveſtris excidat. Væ enim mihi ſi nõ evangelizavero. Sed vox iſta Apoſtolica eſt, Væ mihi eſt ſi peccata mea non deflevero, væ mihi ſi media nocte non ſurrexero ad confitendũ tibi, væ mihi ſi dolum proximo meo fecero, vę ſi loquutus non fuero veritatem. Ad radicẽ arboris ſecuris poſita eſt, faciat fructum qui poteſt gratiæ, qui debet pœnitentiæ. Adeſt dominus qui fructus requirit fœcundos vivificabit, ſteriles reprehendet, hic quod primũ eſt pœnitentiæ, deflere peccata, id primo loco poſuit S. Ambroſius. Nihil enim eſt fortius lachrimis, nihil fletu pęnetrabilius, præſertim ubi cum lachrimis eleemoſynę &

2. Theſſ. 1.

Amb. lib 2. in Luc cap. 3.

proxi-

proximorum ſuppetiæ coniunguntur. Neq; enim eſt quicquam quæſtuoſius quam pœnitentia, quæ cum ſui emendatione, proximi curam coniunctam habet. Nã & hoc inter pœnitentem & iuſtũ intereſt, quod ille ſedeat quaſi in puppe quietus, hic promptior ſit, feruentior, incitatior, vt mala bonis, vitia virtutibus, iniquitates rectis ſtudijs penſet atq; redintegret; vſq; adeo vt neq; inter Apoſtolos Paulo, neq; inter patres Ambroſio, neq; inter imperatores Theodoſio, clarior eo nomine quiſquam fuerit. Da mihi plebeium, & nobilem: Sit ille iuſtus, hic pœnitens, & reddam tibi pœnitentem & fortiorem ad aſpera, & ardentiorem ad ſancta, & fœcũdiorem ad fidelia; & vberiorẽ ad vniuerſa. Negotiatur in vinea patris reſiliens filius impiger, dum oſcitat inſiliens piger. Dilexit multum cui condonatum eſt multũ; Fleuit amarè qui peccavit miſerè. Reddidit quadruplũ qui accepit duplum. Enimvero licet pœnitentia humi repat, ſitq; deliteſcentium atq; humilium, neq; eorum qui cœtus & teſtem populum profitentur: eam tamen propter hæc deploratiſſima & luctuoſiſſima tempora, inviolato iure hoſpitij vt peregrinam regna & gentes excipiant; vſq; adeo ut quoad per cõtagiones liceat, ad publicos fletus, ad publica ieiunia, ad publicas eleemoſynas, per canones Eccleſiaſticos & imperiales, cœtus hominum congregari æquum ſit. Aut enim ego nihil video, aut video gladium domini evaginandum, perpoliendum, exacuendum, aut potius evaginatum, perpolitum, exacutum in omnes gentes, vt iuxta citatas prophetias, ſic iuxta memorabile, quod huic lucubrationi finem imponit, Ieremiæ vaticinium dicentis: *Ego gladiũ*

Pſal. 49. v.

ad

advoco ſuper omnes habitatores terræ, dicit *dominus exercituum. Tu ergo prophetabis contra eos omnes ſermones iſtos dicesq; ad eos. Dominus de ſublimi rugiet & de habitatione ſua ſancta dabit vocem ſuam. Rugiendo rugiet ſuper domicilium ſuum, celeuſma inſtar calcantium reſonabit ſuper omnes habitatores terræ. Veniet vaſtitas ad extremitatem terræ, quoniam diſceptatio eſt domino cum gentibus, iudicium ſubibit ipſe cum omni carne.* Attamẽ iam tandem animos à me parumper avertatis (fratres) prophetas omnes clamantes vna voce putetis. *Revertimini quiſq; à via ſua mala.* Narrant viciſſim ſacrę hiſtoriæ cecidiſſe iram domini ſuper gentes, nationes populos, &c. Eò quod ad verba omnium prophetarum non reſcipuerint; Regnis & populis extinctis nihil videtur luctuoſius. Interim ſuam quiſq; infœlicitatem toto pectore perhorreſcens cogitet. Nã publicis ſuperſedens ad te venio, quem fumus potius quam fama tenet, quem tectum operit, quem ſellat cænobium vel limen tuum. Porro valedicet humilitas mea regibus & regnis cum hoc chirographo (*Timeant Reges & Regna vniverſa à gladio*): plebeis vero & populis cum hac epigraphe (*Timeat Pop: à fame peſte & terræ motu.*) De fame præſertim Hiberniæ (cuius pars magna Angli fuimus) quoniam nemo (quantum equidem excepi) conteſtatur, Ier. 25.

(*Quãquam animus meminiſſe horret luctuq; refugit,*) Virg.

dicam tamen. Hiberni (chariſſimi in Ieſu Chriſto patres & fratres) vel poſt, vel inter tumultus bellicos exedunt, equos, canes, homines. Inſidiantur vijs, viatorem abripiunt, interficiũt, edẽdo cõficiunt. ex enſe hoſtili in terra aliena, & ducum Anglicorũ ſtratagematis partim

proximorum ſuppetiæ coniunguntur. Neq; enim eſt quicquam quæſtuoſius quam pœnitentia, quæ cum ſui emendatione, proximi curam coniunctam habet. Nã & hoc inter pœnitentem & iuſtũ intereſt, quod ille ſedeat quaſi in puppe quietus, hic promptior ſit, ferventior, incitatior, vt mala bonis, vitia virtutibus, iniquitates rectis ſtudijs penſet atq; redintegret; vſq; adeo vt neq; inter Apoſtolos Paulo, neq; inter patres Ambroſio, neq; inter imperatores Theodoſio, clarior eo nomine quiſquam fuerit. Da mihi plebeium, & nobilem: Sit ille iuſtus, hic pœnitens, & reddam tibi pœnitentem & fortiorem ad aſpera, & ardentiorem ad ſancta, & fœcũdiorem ad fidelia; & vberiorẽ ad vniuerſa. Negotiatur in vinea patris reſiliens filius impiger, dum oſcitat inſiliens piger. Dilexit multum cui condonatum eſt multũ; Fleuit amarè qui peccavit miſerè. Reddidit quadruplũ qui accepit duplum. Enimvero licet pœnitentia humi repat, ſitq; deliteſcentium atq; humilium, neq; eorum qui cœtus & teſtem populum profitentur: eam tamen propter hæc deploratiſſima & luctuoſiſſima tempora, inviolato iure hoſpitij vt peregrinam regna & gentes excipiant; vſq; adeo ut quoad per cõtagiones liceat, ad publicos fletus, ad publica ieiunia, ad publicas eleemoſynas, per canones Eccleſiaſticos & imperiales, cœtus hominum congregari æquum ſit. Aut enim ego nihil video, aut video gladium domini evaginandum, perpoliendum, exacuendum, aut potius evaginatum, perpolitum, exacutum in omnes gentes, vt iuxta citatas prophetias, ſic iuxta memorabile, quod huic lucubrationi finem imponit, Ieremiæ vaticinium dicentis: *Ego gladiũ*

Pſal. 49. v.

advoco ſuper omnes habitatores terræ, dicit *dominus exercituum. Tu ergo prophetabis contra eos omnes ſermones iſtos dices q; ad eos. Dominus de ſublimi rugiet & de habitatione ſua ſancta dabit vocem ſuam. Rugiendo rugiet ſuper domicilium ſuum, celeuſma inſtar calcantium reſonabit ſuper omnes habitatores terræ. Veniet vaſtitas ad extremitatem terræ, quoniam diſceptatio eſt domino cum gentibus, iudicium ſubibit ipſe cum omni carne.* Attamẽ iam tandem animos à me parumper avertatis (fratres) prophetas omnes clamantes vna voce putetis. *Revertimini quiſq; à via ſua mala.* Narrant viciſſim ſacrę hiſtoriæ cecidiſſe iram domini ſuper gentes, nationes populos, &c. Eò quod ad verba omnium prophetarum non reſcipuerint; Regnis & populis extinctis nihil videtur luctuoſius. Interim ſuam quiſq; infœlicitatem toto pectore perhorreſcens cogitet. Nã publicis ſuperſedens ad te venio, quem fumus potius quam fama tenet, quem tectum operit, quem ſellat cænobium vel limen tuum. Porro valedicet humilitas mea regibus & regnis cum hoc chirographo (*Timeant Reges & Regna vniverſa à gladio*): plebeis vero & populis cum hac epigraphe (*Timeat Pop: à fame peſte & terræ motu.*) De fame præſertim Hiberniæ (cuius pars magna Angli fuimus) quoniam nemo (quantum equidem excepi) conteſtatur, Ier 25.

(*Quãquam animus meminiſſe horret luctuq; refugit,*) Virg.

dicam tamen. Hiberni (chariſſimi in Ieſu Chriſto patres & fratres) vel poſt, vel inter tumultus bellicos exedunt, equos, canes, homines. Inſidiantur vijs, viatorem abripiunt, interficiũt, edẽdo cõficiunt. ex enſe hoſtili in terra aliena, & ducum Anglicorũ ſtratagematis partim

pastiones armentis & gregibus, partim novalia agriculturis & messibus destituuntur. Egone tã gravia Dei iudicia levitèr, diu perpessa breviter, tanta & tam multa paucis? Me iuvet scilicet, (ac si ipse in parte laboris ac periculi fuissem) ad finem bellorum meorum pervenisse. Quibus talenta sunt quinq; duo vel vnum, scribite in sanguine. Atramento & calamis (mihi credite) placidè vivitur. Quæ res malæ in perpessione fuerunt, earum in literis & monumentis est recordatio nõ mala. Quę bella, quas seditiones, quas ægritudines, quas calamitates Anglia his proximis annis sẽserit, ne silueritis. Ne enim lætetur Anglia læticia aliarum gentium, quæ duos populos, binos hostes, alterum potentem & intestinum, alterum externum & potentissimum habuit. Næ pulchre Angli de Hibernis victorias atq; triumphos reportamus; nec non ea lege atq; omine, vt post infinita cadavera, illi ad famem (non dico) Saguntinam, nos ad pestem (non dico) Davidicam sistamur.

Virg. ——— *Quis talia fando*
Myrmidonum Dolopumve aut duri miles vlissi
Temperet à lachrimis? Natis fit sepulchrum parens vel saltem homo homini fit sepulchrum. Sic olim Atreus, sic quondam Iudęi, sic nunc Hiberni, & dicunt & faciunt, immo vero dicam, dixerũt & fecerunt. Nam per messes serenas, per paces diuturnas, quæ armẽta & greges, nedum vbera & novalia (Deo annuente) rependẽdo sunt, spes est tam horrendas mactationes cessaturas. De peste autem Anglicana licet clementiùs meditemur, asperior spes est posse intra breve nescio quod tẽpus medelam aut finem sortiri, quæ primum tanquam

aqua

a qua gelida hieme relevata, deinceps proſeminata & progerminata lentius fortaſſis ſed tamen divtius atq; vlterius ingraveſcit. *Horrendum eſt incidere in manus viventis Dei.* Viventis dei furor ſi vel paulum exarſerit, Pſal. 2. beati omnes qui ſperāt in eo. Exijt indignatio à Dom: & ſuper Angliā exijt, quæ cum duobus iudicijs vexetur, gladio & peſte, optet cum David ne cadat in manus hoſtiū per gladium, dum cadit in manus Dei per peſtē, 2. Sam. 24. quia *multa ſunt miſerationes eius.* Ne excidat nobis, vt peſtis illa quæ fuit anno domini 1597. quamvis ſopita & quoad mens humana aſſequi potuit, mortua & ſepulta, poſt ſeptennium reviviſcere ac revireſcere videbatur. De qua dominus ſatis miſericorditèr ex Evangelio vel ipſi Angliæ inclamat. *Ecce ſana facta es, ne poſt hæc pecces ne deterius quid tibi contingat;* Eſt hæc contagio quam illa longè gravior: cum prima illa, vna ſeptimana non dico quadraginta', ſed quadringenta, vel plures (cum in ſummo æſtu eſſet) in hac vero plus mille vna hebdomada abſumātur. Deterius iccirco accidit. Cauſa vero vel prioris vel preſentis ęrumnę (ſi quæras) fuit aer, fuit cadaver, fuit lepus aut cervus ingreſſus oppidulum vel ab ilice cornix (ſi poetis credimus:) ſin vero Propheris & Apoſtolis, peccatū. Davidis tēporibus coorta eſt fames, idq; per tres annos cōtinuos. Cōſuluit 2. Sam. 21 autē David Deū dixitq; dom'n°: *Eſt fames propter Saulū, & propter domū eius ſanguinariū, eo quod interfecerit Gibeonitas.* Ecce ſāguis *innoxius eſt cauſa famis trium annorum.* Vt autem famis; ſic gladij, ſic peſtis ſimiliter cauſa eſt ſanguis innoxius aut quævis grādis & gravis iniquitas. De iniquitate autem vt de cauſa vbi conſtat,

ſtat, cum exinde graviùs deliquiſſe qui gravius mulctatur facilè credatur, ſciſcitatur in evangelio dominus de
Luc. 13. his quorum ſanguinem immiſcuit Pilatus ſacrificijs, & de his ſuper quos turris in Siloa cecidit, *Putatis ne vel hos peccatores ſuper omnes Galilæos, vel iſtos ſuper omnes habitantes Hieroſolymis, quia talia paſſi ſunt? Non (dico vobis.) Sed niſi reſcipueritis omnes ſimiliter peribitis.* Non diſpari ratione: putatisne qui miſcuerunt ſanguinem effoſis à mucrone hoſtili lateribus vel ſuper quos turres aut lætalia ſaxa (id quod in bellis fieri ſolet) ceciderunt, fuiſſe peccatores ſuper omnes qui pacem interim coluerunt, quia talia paſſi ſunt? Reſpondet dominus ſicut Hieroſolemis ſic Anglis. *Non: dico vobis. Sed niſi reſcipueritis vos ſimiliter peribitis.* Neq; tamen eſt omnibus ab effuſo ſanguine, vel excelſa turre formidandũ, vt condignum modo ſit non congruum ex enſe, fame, peſte, ſicut Hibernos Hiſpanos aut noſtrates, ſic nos ſimiliter perituros. Interim ex tanta ſtrage atq; ruina mortalium infelix eris ſi nullam cautelam aut anticipationem mali ſuxeris. Corrigant quę corripiunt, doceãt quæ nocent, moneant quæ mordent. Scite Seneca: Fortuitũ eſt tibi quicquid alteri accidit. Extra aleã ſortis humanę ſeſe credit qui ingruẽte fame, incrudeſcẽte peſte, ingraveſcẽte bello, vel ſacroſãctus eſt, vel ſecurus. *Ego* (inquit dominus) *ſto ad oſtiũ & pulſo, mors mecũ eſt:* Herì hodie, perẽdiè, vnius vſurã horę proximo tuo cui ſimiliter tũ homo es, nõ dedi: tu tibi mẽſem annum vel annos polliceris? Ego tibi pepercerim quia ſanctus es ſed à gladio. Ego tibi pepercerim quia dives, Sed à fame. Ego tibi pepercerim quia nobilis es, Sed à peſte.

Qui

Qui ad gladium, ad gladium, qui ad famem ad famem, qui ad pestem ad pestem. Cum autem quo genere necis occaſuri ſimus ignoretur, quo die, qua nocte, quibus telis, qua aſperitate, aut amaritudine, ſupereſt vt celeri pœnitentia arrepta vias malas amoliamur, tædeat iniquitatum & ſcelerum, eaq; ſtudia & conſilia ineamus quibus defecati terrę Canaan quę cœleſtis & ſempiternæ eſt præparemur. Vt quid enim protrahuntur dies defectionem addituris? Breve tempus erit nimis diuturnũ, in cuius diuturnitate', ira Dei cum iniquitatibus creſcẽte, malitiæ humanæ, ſimul & vindictę divinæ, auctiores aerioreſq; ſint futuræ. Imminet dies domini, ecce duas ficus, alteram dimittentem ſtellas vt groſſos & folia, alteram emittentem germina vt gladium & peſtem; *Tu* Rom. 2. *qui es qui ſecundum duritiam cordis tui, & cor pœnitere neſcium, theſaurizas tibi iram in diem iræ, & revelationis iuſti iudicij Dei?* Si beati qui perſeveraverint in bonis, maledicti qui in malis, vſq; ad finẽ. Clamat Io. Baptiſta ad pœnitentiam, eo quod appropinquet regnũ cœlorum. Clamatur itidem ad pœnitentiam ex eo quod per ſecundum adventum Chriſti appropinquet regnũ cœlorum. Appropinquat vero vel orbi, vel vrbi, vel tibi. In ægritudine eſt orbis, vrbibus gladius, fames, peſtis, terræ motus imminent, tibi mors tua, iuxta dictũ Evangelicum. *Stulte hac nocte eripient animam tuam.* Prior natura eſt ſenectus morte: prior tempore hoc tempore eſt mors ſenectute. Si in ſcholis Dialectici diſputent an ſenectus ſit miſera, neutiquam eam appeteris, quæ aut miſera eſt, aut certe non ita beata. Neq; enim beæta eſt de qua an miſera ſit diſſeritur. Diu vixit

Methuſhalec ſed & alij qui oriundi cum mundo vſq; ad longævam ætatem vixerunt. Nobis qui in hac decrepita mundi parte naſcimur, brevior vita eſt, quorum anni cum mundi annis breviores fiunt, vt omnis caro nõ pereat. Dies noſtri breves ſunt & mali. Creſcit in dies ſingulos iniquitas, creſcit in dies ſingulos calamitas: vt quæſtio ſit, (cum declinat orbis ad finem) vtrum ſit iniquior aut ærumnoſior. Quocirca ſi penes nos qui homines peccatores ſumus vita vel mors eſſet, vita vitioſiſſima eademq; ærũnoſiſſima nullo modo probata, nedum grata eſſet. Sed cum vita & mors ſint à domino, maledictiones horrentes, iudicia deprecantes, reatus eruentes, poſtremò aculeos mortis cum ira Dei excolantes, mortem ipſam adventantem vel læti à limine ſalutemus. Væ qui amiſerint patientiam, væ qui fidem, vę qui pœnitentiam. Integrum librum de fuga ſæculi ſcribit S. Ambroſius: Monet vt olim ex Ægypto, ex Sodoma, ex Babilonia, ſic è mundo malo exeundum. Pie exeunti ex hoc mundo reſpondet S. Bernardus quaſi à Deo, voce Pharaonis, Moſi & Aaron: Ite ad onera veſtra. Iubetur enim moribundus regredi ad mundum, vt reviviſcens nec dum moriturus. Graviter quis ferat reſultum in terram. Non eſt illico tibi moriendum (pie lector:) ſed antiquum hoc eſt, Qui ſtat hodie cras ruit; ſed & hoc antiquum: Sic vive vt moriturus. Novi hominem (vtrum in carne vel extra carnem viderit attentè qui legit) qui raptus in paradiſum vbi deinceps ſe recepiſſet doluit per reditum & atrum occaſum in hanc vitam, iuxta quod ſcitiſſimè exprimit S. Tertullianus: A cœlo ad cœnum. Ex quo fit vt zelo atq; animi impetu

ap-

appetentibus regnũ cœlorũ nihil non debeatur vel gloriæ, vel gratiæ. Nam cœlum & terra (Deus bone) quid habent simile? Interim quos gemitus, quæ suspiria eructãda censemus, propter eos qui vnctas patinas, qui vẽtres, qui alia Ægyptiaca Taphnis, volutabrũ cœni, vomitum canis omni quod sursum est & cœleste anteferunt & præponunt? Quinimo vox illa Paulina hisce mortalibus, asperis, procellosis, sollicitis, & exvlceratis diebus, ne sit sancti Dei viris mira aut immatura: Sic enim ille. *Vita mihi Christus. Mors lucrum. Quid eligam ignoro, Coarctor his duobus, cupiens dissolvi & esse cum Christo. Multo hoc longe melius est.* Hæc sit cygnea, Sanctorũ cantio. Enimvero psallens morere, vive tristis & vive non quia libet, sed quia necesse est. *Beati mortui qui moriuntur in domino*, modò hæc beatitudo nobis cũ illis qui peste, fame, bello, terræ motu extincti sunt, vna sit atq; eadem. Placet plerisq; mori in lectulis suis vt *placida compositi pace quiescant*. Nihil tã simile morti quam somnus. Cæterum vt de genere, de loco, de tempore mortis, mortales incerti sumus, sic vtrum beatius in lectulis quam in castris obeundum sit, nulla certa ratio nedum demonstratio ex fide afferri potest. Similiter ex improvisa morte, vel morbo diuturno atq; incognito, quam ex fame, peste, & terræ motu mitiùs mortales migraturos, speramus sed non scimus. Variæ sunt, pluresq; quam homines opinantur, circa lectum patentes, latentes, spirituales, mortales, intrinsecæ, extrinsecæ tentationes & tribulationes. Ignoretur insidiari mulieres maledicas, invehi insectariq; filios probrosos, ebullire per nimiam quietẽ eo vehementius corda mali male-

con-

conscia, scelerum furias sicut tedas ardentes dies noctesq; exanimare, revocare ad se mundū, rebellare carnem, insilire satanam, terrere plurima imagine crebrisq; spectris immo vero tormentis mortem. Hæc dum vel huiuscemodi lectulis de vero vel de verisimili ferenda sunt, nemini certo constat, si inter gladium & grabbatū, vel si inter mortem quæ ex peste vel fame, & quæ ex lætali ægritudine obvenit lis sit, vel alteram vel alterutram mitiorem esse. Quamobrē vbi, quando, quo genere mortis moriaris, ne moreris. Solius sollicita sit tibi cura de salute animæ tuę, quod si qui sint forte fortiores quinimo eruditos gerentes oculos, qui malunt ense hostili vt uno ictu, vel peste vt una hora, quam multis anxietatibus pugnis mœroribus pressuris (id quod in lecti letiq; morbis, præsertim si diuturni sunt, accidit) obire, his si feroces sūt primum regeritur, pessimos cōsultores esse laudem & gloriam, sed & carnē & sanguinem. Vos vero qui eruditi estis ne innitamini ingenijs vestris, neq; vero attendatis cæcutientium, plusquā Homerus, sed tamen (quod non diffitemur) multa videntiū egregia pronuntiata, qualia sunt:

Virg. *---O ter q; quater q; beatos*
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.---
Mene Iliacis occumbere campis,---non potuisse?

Discite moniti cavere bellicas laudes cœnodochias & glorias, adeoq; cum pro lege, pro rege, pro grege pugnandum sit, fugite encomia, quæ sine medijs de fine triumphant. Quale hoc est, quo vix quicquam in profanis litteris est illustrius vel sanctius. Quo is Africane alacrio[r]

crior ad rutandam remp: sic habeto, omnibus qui patriã conservaverint, adiuverint, auxerint, certũ esse in cœlo ac definitum locum, vbi beati ęvo sempiterno fruantur. Cic. Somn. Sci.

Væ (inquit propheta) *ædificanti cum sanguine:* siquidem vt ædificantium, sic conservantium atq; augentiũ resp: cum iniustitia, sanguine & scelere, detestabilis immanitas est & non ferenda crudelitas. Magis insuper scitè quam sanctè, quicunq; dixerit. Præstat semel quam sępe mori. Non mors sed via ad mortem misera. Verũ enimvero, adamãtina corda nostra vt magnes ferrum, attrahant oriunda ab ipso domino Iesu fidelia & indubitata Christianæ fidei principia atq; axiomata, qualia sunt. *In domo patris mei sunt mansiones multæ, vado parare vobis locum: Non relinquã vos orphanos, ego vivo & vos vivetis: ad sumam vos ad meipsum: Pater, volo vt vbi ego sum, illi sint mecum quos dedisti mihi. Ecce venio cito, & merces mea mecum est. Si quis diligit me, servabit meum sermonem, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* His viaticis, atq; munimentis, vivens animum tuũ sagines, moriens armes. Vt finis sit, fidem habete, patientes estote, pœnitentiam agite, mortem non primam sed secundam, vitam non hanc sed resurrectionem mortuorum cogitate. Resurrectionem iustorum & iniustorum, in factis, dictis, consilijs suis, homo Dei perspicacissimis atq; solertissimis ratiocinijs investiget, tam de morte quam de vita, tam de gehenna, quam de cœlo, tam de sinistra quam de dextra ruminans & credens. Tandem aliquando insurgamus singuli contra nosmetipsos vt deprehensores, testes, iudices, vindices, nunquam immemores

Ioh. 14. Ioh. 17.

conscia, scelerum furias sicut tedas ardentes dies noctesq; exanimare, revocare ad se mundū, rebellare carnem, insilire satanam, terrere plurima imagine crebrisq; spectris immo vero tormentis mortem. Hæc dum vel huiuscemodi lectulis de vero vel de verisimili ferenda sunt, nemini certo constat, si inter gladium & grabbatū, vel si inter mortem quæ ex peste vel fame, & quæ ex lætali ægritudine obvenit his sit, vel alteram vel alterutram mitiorem esse. Quamobrē vbi, quando, quo genere mortis moriaris, ne moreris. Solius sollicita sit tibi cura de salute animæ tuę, quod si qui sint forte fortiores quinimo eruditos gerentes oculos, qui malunt ense hostili vt uno ictu, vel peste vt una hora, quam multis anxietatibus pugnis mœroribus pressuris (id quod in lecti letiq; morbis, præsertim si diuturni sunt, accidit) obire, his si feroces sūt primum regeritur, pessimos cōsultores esse laudem & gloriam, sed & carnē & sanguinem. Vos vero qui eruditi estis ne innitamini ingenijs vestris, neq; vero attendatis cæcutientium, plusquā Homerus, sed tamen (quod non diffitemur) multa videntiū egregia pronuntiata, qualia sunt:

Virg. *---O terq; quaterq; beatos*
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.---
Mene Iliacis occumbere campis,---non potuisse?

Discite moniti cavere bellicas laudes cœnodochias & glorias, adeoq; cum pro lege, pro rege, pro grege pugnandum sit, fugite encomia, quæ sine medijs de fine triumphant. Quale hoc est, quo vix quicquam in profanis litteris est illustrius vel sanctius. Quo fit Africane alacrior

crior ad tutandam remp: sic habeto, omnibus qui patriã conservaverint, adiuverint, auxerint, certũ esse in cœlo ac definitum locum, vbi beati ęvo sempiterno fruantur. Cic. Som. Sci.

Væ (inquit propheta) *ædificanti cum sanguine:* siquidem vt ædificantium, sic conservantium atq; augentiũ resp: cum iniustitia, sanguine & scelere, detestabilis immanitas est & non ferenda crudelitas. Magis insuper scitè quam sanctè, quicunq; dixerit. Præstat semel quam sępe mori. Non mors sed via ad mortem misera. Verũ enimvero, adamãtina corda nostra vt magnes ferrum, attrahant oriunda ab ipso domino Iesu fidelia & indubitata Christianæ fidei principia atq; axiomata, qualia sunt. *In domo patris mei sunt mansiones multæ, vado parare vobis locum: Non relinquã vos orphanos, ego vivo & vos vivetis: ad sumam vos ad meipsum: Pater, volo vt vbi ego sum, illi sint mecum quos dedisti mihi. Ecce venio cito, & merces mea mecum est. Si quis diligit me, servabit meum sermonem, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* His viaticis, atq; munimentis, vivens animum tuũ sagines, moriens armes. Vt finis sit, fidem habete, patientes estote, pœnitentiam agite, mortem non primam sed secundam, vitam non hanc sed resurrectionem mortuorum cogitate. Resurrectionem iustorum & iniustorum, in factis, dictis, consilijs suis, homo Dei perspicacissimis atq; solertissimis ratiocinijs investiget, tam de morte quam de vita, tam de gehenna, quam de cœlo, tam de sinistra quam de dextra ruminans & credens. Tandem aliquando insurgamus singuli contra nosmetipsos vt deprehensores, testes, iudices, vindices, nunquam immemores

Ioh. 14. Ioh. 17.

mores *supremi iudicis, ultimæ sententiæ, nouissimæ iræ regis, filij hominis, et q; igni sedentis in solio gloriæ suæ, et dicentis: Venite benedicti, ite maledicti. Ne erretis*, Deus non subsannatur.

Gal. 6. *Quod sibi quisq; serit præsentis tempore vitæ*
Id sibi quisq; metit cum dicitur: ite, venite.

Deo patri, filio, Sp. sancto sit omnis laus honor & gloria in omnem æternitatem. *Amen.*

FINIS.

BIBLIOTECA PUBLICA

TRACTATVS
DE SCANDALO
EODEM AVCTORE.

Oxoniæ, Excudebat Josephus Barnesius, 1605.

46
12 17
637.
BRITISH MUSEUM

De Scandalo.

NE mireris (pie lector) si librum de *Classico pœnitentiali* libellus de *Scandalo* excipiat. Illud belli, hoc pacis insigne est. Recognoscenti mihi dictum Christi (Vę mundo ob offendicula Necesse est vt veniant offendicula, veruntamen væ homini per quem offendiculum venit) vis paulo minus infertur dum aut dominus interminãs aut mũdus periclitans aut homo peccãs cogitatur. *Va vniverso mundo ob offendicula, Va homini per quem venit offendiculum*, minitatur dominus. Quod totum mundum in reatum citet, vnum hominem vix attingat, vniversus mundus sicut vnus homo, & vnus homo sicut vniversus mundus timeat à scandalis. Plenus est mundus rebus vanissimis nec non, vt putantur, gravissimis: Quæ in theatro quasi & foro eminentes & emicãtes, quæq; vltro citroq; datæ & acceptæ & à singulis singulis traductæ perpetuis quasi nundinis miseros peccatores labefaciunt. Quod quisq; emit, vendit, quod conducit, elocat proximo suo, id cuiq; ferè in malum cedit. Vnà cum lacte nutricis errores suximus, venæ nostræ & natales de terra Canaan; *Pater vester Amorrhæus, mater vestra Hitthæa.* Vua acerba est quæ à parentibus vndiq; manducata est; stupor mirus, cui Eze. 16.

Eze.18. posterorum dentibus insertus est & insidet. Ars imitatur naturam; altera natura consuetudo. Quidni itaq; per com-
Eccle. quinatissimam mundi picem laudētur mortui qui iam sunt mortui, præ vivis qui adhuc vivunt, vtrisq; autem perhibeatur beatior qui nōdum fuit. Solinè Iudę pronunciatur (Bonum fuisset illi homini si omnino natus non fuisset?) Frequētior eiulatu Iobi nec nō ærūnosior fit eiulatus lugētiū & clamātiū: Pereant dies in quo nati fuimus, & nox qua nuntius dixit mares conceptos fuisse, sit iste dies nox perpetua, & caligo auferat illum, nōaddatur diebus anni neq; veniat in numerum mensium. Ecce nox illa solitaria sit, obtenebrescant in eius crepusculo stellæ, & lucem expectet, neq; veniat lux, nec intueatur palpebras auroræ, quoniam ostia vētris materni non clausit. Qui enim in præsens ævum nascimur in laqueos tentationum incidimus, & tamen nemo læditur nisi à seipso. Primitus nullæ struuntur insidiæ, & tamen progressu & nexu tēporum implicamur sicut ferę quas nemo incitat. In teneritudine annorum, non parens, non frater, non amicus est subdolus. Attamen vbi iam ætas fert
Gen.6.v.2. fallunt & falluntur singuli. Res creatæ bonæ sunt, pulchræ atq; iucundæ, attamen dum proficimus in peius, fiunt sicut mensæ in laqueum & sicut dapes quæ plus fellis quā mellis habent. In herba est flos, in flore salubritas, attamen (qua sunt malitia) & hinc miscent aconita novercæ. Non est tellus noverca iniusta sed & inde ad grande & grave malum nostrum Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Non in humo sed in homine, non in re sed in te vitiū inest. Quisq; audiat Apostolum asseverantem quemq; à propria concupiscentia inescari atq; abstrahi. Omni carni corrupta est via sua. Omne figmentum cordis humani malū. Terra repleta
Gen.6.v.13. חמס idest quæ dedita opera ac de industria infert iniustitiā. Hinc inductū diluviū super priscum sæculū: Hinc perijt Pharao cum excercitu: Incensa est è cœlis Sodoma: Populus Dei prostratus est in Heremo; Iudæa servijt 70. annos

Babi-

Babilonijs: Hinc vox illa super Babiloniam: Cecidit cecidit Babilon & facta est domus dæmoniorum & custodia omnis spiritus immundi & volucris immundæ & invisæ. Hinc ipsa Ierusalem desolata est diruta & humo adæquata. Dimicandum itaq; vt contra hostem, sic contra peccatum est semper idq; vel ab omni populo, quod optatur, vel ab omni benè instituta rep: quod expectatur, vel ab omni sancto Dei quod speratur; vt non male præcipiant qui monēt, non tam malis morbis quam malis moribus refricādam esse omnem remp. omnem civitatem, omnem familiam omnē societatem in qua serpit hæresis, vt cancer: tumet superbia vt vlcus: inficit avaritia, vt tabes: priusq; febris quā fœnus: pleuritis quam hipocrisis, lethargia & תרדמה somnus, Ge.2.v.20. qui non procul à morte differt, quam pax & securitas: furor, mens male sana, & *à summo vertice ad plantam pedis insalubritas*, quam in videntia, audacia, vel libido extinguantur. Non Sol, ne cæci: Non vinum ne ebrij; Nō lex, ne prævaricatores simus, auferuntur. Nam quod de lege Apost. id de cæteris Dei rebus liceat deponere: Repertas eas esse & institutas in bonū: Nobis vero cessisse in malū. Porro *peccatū, occasione accepta per beneficium decepit nos, & decipit vsq; ad mortē*. Ecce enim acceptum, non datum scandalum: dū benignissimæ res dei, homines non ingratos solum reddunt, sed impios etiam, atq; perditos. Quod vsq; eo obtinet & ex antiquo obtinuit, vt maximum & primum Dei beneficium, in mortalium extremam ruinam cesserit: & factum sit lapsus, & mortis occasio. Nam plantata, ערן ecce Genes.3. illico peccatum, ecce scandalum: tentat serpens, auscultat mulier, cecidit ארם unde S. Chrysost: magis inquit punitur serpens, quam mulier: & mulier plusquam vir: & Iezabel quā Ahab. apparet (Pie lector) vt rudimēto sint posteris Serpēs Hæva & Adam; homines & animātes, vbi limen pressatur, id quod ius æquūq; exigunt, perpeti oportere: Atq; vt vrgeā S. Chrysost. vno verbo tesciāt pij magistra- Gen.2.v.17.

tus

tus, eos qui in cauſa perditionis fuerint, gravius plectendos, vt non niſi à quibus alij ſcandalizãtur. Pœnas ſiquidẽ, neq; nullas, neq; inæquales neq; iniquas eſſe decet: cum propter æquitatem, tum propter ſcandalum. Gravior error eſt iniquitas: ſed propius ad ſcandalum accedit impunitas. Scandaloſa eſt impunitas, pernicioſa iniquitas: Immanis vero res eſt & inhumana, crudelitas. Cave quiſquis es, ne nimis indulſeris: Alleviat ſcelus indulgentia & allevat: imo vero adauget & adiuvat: imo vero implicat & involvit. Cæterum ex omni hominum genere aut numero, nimium ſibi ſumunt & non ſunt ferendi, quorum non curioſum modo ſed atrox eſt ingeniũ (non dico, vt S. ille Pater) ad cognoſcendam aliorum vitam, verumetiam ad comprimendam & vindicandam. Nam qui in fratre nullum nevum, labemve feret: Is neq; meſſi zizanium, neq; mari ſcopulum: neq; ueri nubem, neq; mundo mundum relinquet. *Sinite zizania creſcere cum tritico.* Scriptũ eſt: *Beati mites: Beati miſericordes:* Non intelligunt, Deus bone, non intelligunt mortales quã fructuoſæ res ſint amor & miſericordia: Contrà: quàm pronũ iudicantes veniæ ſuæ atq; ſaluti, qui in aliorum delictis inexorabiles & implacabiles exiſtunt, vt tantũ non deteſtentur ac deprecẽtur, quod tamẽ indelebile eſt chirographum Iac. 2. Apoſt. pronuntiantis: *Iudicium abſq; miſericordia futurum eſſe ei qui non præſtiterit miſericordiam.* De quorum hominũ ſcelere non dicam. Nam qui cæteris dominantur, eo vſq; vt non ſolum non præſtent miſericordiam, ſed ad patibula etiam & carceres per obvias & ſubnaſcentes vitioſitates detrudant: hos in eodẽ qui offendunt vel offẽduntur themate non cenſeo. Neq; enim vt peccatores, qui conviventes, contubernaleſq; perturbant, verum vt lupos aut leones quò oves atq; agnos exoſſent & devorent faceſſendos putẽ. Quibus vt atrociſſimis malis, adeoq; omnibus criminibus quæ non iam à calamo quã à ſceptro & baculo, peſſũdanda fuerint ſuperſedeo: ea noſtræ pagellæ inſerẽs quę cõtume-

liaſ.

lias, obtrectationes, obiurgationes, ſimultates, ſubſannationes, ſubductiones, traductiones, perfidias, quæ à multis cum voluptate imbibuntur, ab infirmis vero cum amaritudine feruntur, attingunt: Neq; tamen Sycophantiæ ſolum, aut linguæ mihi in ſenſu ſint, aut themate: cum res geſtæ, quę vulgo fiunt, adeoq; facta ſive mitia, ſive acerba, quibus pleriq; vel in melius, vel in peius vertũtur, mihi diſpicienda ſint; modo in eo mihi tecum conveniat, (pie lector) vim nomenq; ſcandali, in vitioſitatibus nec non erratis, quæ corruptelam, ac non quæ ſupplicium & pœnam accerſunt, obtinere. Vitam collineo tam moribus quam ſcientia laudabilem: Adſit fides, abſit fratris vulnus, Quare aberit & corruptela, & pœna. Neq; enim aut ſcandalizantes, aut ſcandalizatos, vt nequiſſimos peccatores, aut vt ſemper peccãtes, fas eſt meis chartulis perſequi. Fit ipſe Dom: *in petram, ruinam, & lapidem offendiculi vtriq; domui Iſrael.* Apoſtoli, *bona fragrantia Chriſti fuerunt, & in his, qui ſervantur, & in his qui pereunt, his quidem odor vita, ad vitam: Illis odor mortis, ad mortẽ*: cognita eſt diſtinctio, dati ſcãdali, & accepti: Nam vt à Dom: & Apoſtolo diſcedatur; A quibus accipi neceſſe eſt offendicula, & non dari in promptu eſt, neq; enim qui dant offendicula (niſi vafricie cordis & perniciosiſſimè id faciant) pares eſſe poſſunt flagitioſis, & mala ipſa perpetrantibus. Quid igitur eſt? Reſpondet dominus. *Neceſſe eſt eſſe ſcandala.* Nequit enim hæc vita ſinè ſcandalis tranſigi. Vltimas vltiones perpeſſuros parricidas, homicidas, plagiarios, periuros, fures, fornicatores omnes prophetæ & Apoſtoli atteſtantur. Interim non celatur ſupplicia, & ea exitialia manere eos per quos ſcandala oriuntur. Duplicia vero ſunt ſcandala, vel quibus in via ad cœlũ, vel quibus in via ad omne quod rectum eſt impingitur; Illa rariora ſunt & in his tenent, (*Qui puſillum in fide vt Catecumenũ aut proſelytum duplo magis filium Gehennæ quam ſeipſos faciunt,*) nec non in omnibus qui quid in fraudem animę machinan- 2.Cor.2.

 turi

tur: hæc crebriora, quæ convivia, contubernia, mensas, sed & focum Vlissis, tripodes senum, atq; iuvenum commercia complectuntur & continent, in quibus omnibus non vitabis offendere nisi cautissimè vixeris. Vbi porro sit numerus aut cœtus aliquid humanitus ferè patimur, vt celare & traducere pietates malimus, quam parum congaudere aut cõgratulari. *Hinc bonum malum, malum bonum, lux tenebra, tenebra lux amarum dulce, dulce amarũ.* Vę propheticũ taceo, cuius vice satis prolixam. Divi Augustı: attestationem non gravabor attexere; nam & huic scopo est accõmoda, & pro me vires viruſq; assiduarum offensionum, non obscurè demonstrat. Magna (inquit) peccata consuetudine parva creduntur, vsq; adeo vt non solum, non occultanda, verum etiam iam prædicanda videantur, quando sicut scriptum est, Psal. 10. *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ.* Talis cõsuetudo iniquitas & clamor dicitur. Esa. 15. *Expectavit iustitiam & ecce clamor* & Gen. 18. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est*, quia flagitia non solum apud eos non puniebãtur verum etiam publicè velut lege probabantur. Sic nostris tẽporibus ita multa mala, etsi non talia, in apertã consuetudinem iam venerunt, vt non solum aliquem laicum pro his excommunicare non audeamus, sed nec clericum degradare. Itaq; exponens Pauli locum Gal. 4. *Timeo ne forte sine causa laboraverim*, exclamare compulsus sum væ peccatis hominum qui sola invsitata exhorrescimus, vsitata vero pro quibus abluendis filij Dei sanguis effusus est, (quam via tam magna sint, vt omnino claudi contra sese faciãt regnũ Dei) sæpe videndo omnia tolerare, sæpè tolerando nonnulla etiã facere cogimur. Huc vsq; Augustı. qui primũ inter vsitata peccata & invsitata partiẽs, toto cœlo errare docet eosqui invsitata solũ exhorrescunt. Accusat malã cõsuetudinẽ, quę tamen corruptela rectius quã consuetudo perhibetur: qua magna peccata parva credũtur, quęq; occultarẽtur ab ipsa humanitate per verecũdiã, ea satis idonea putãtur, quę etiam

am prædicanda videantur, dum creſcit caput peccatori qui crebris blanditijs laudatur in deſiderijs animæ ſuæ. Talem conſuetudinem iniquitatem dicit, de qua eſt Eſa. 5. & clamorē, de quo eſt Gen. 18. & de quibus Pſalmiſta *ſcelera pro lege concinnāt*. Hic dum ætatem cum ætate, tempora cum tēporibus confert, *Va* vel invitus clamat mortalibus invſitata ſolùm exhorreſcentibus: vſitata vero pro quibus itidem abluendis filij Dei ſanguis effuſus eſt, quamvis tanta ſint vt claudi faciant contra ſeſe regnum Dei, & omnia tolerant & aliqua faciunt. Sæpe (inquit) videndo omnia tolerare, ſæpe tolerando nonnulla etiam facere cogimur. Zelo percitus, & ex intimo animi affectu *Va* clamans exprimit beatiſſimus pater ſcandali reatum, cuius inſcia vita communis rea exiſtit, dum quę lege coercerentur, conſuetudine tāquam lege probantur & firmantur. Atq; hæc ille de ætate & temporibus ſuis. Iam vero ætas & tempora noſtra quid habent diſſimile? Nos inſtar Lacedæmoniorū cōſuetudine quaſi iure non ſcripto peccata, horrida peccata vel ipſi facimus vel aſſentimur his qui faciunt. Nę S. Auguſt. nimis vrget, næ nos parum commovemur. Diſſerit ille pro vſitatis peccatis ſanguinē filij Dei effuſū eſſe, nobis quibus callum peccati induruit nō ſuadetur etiam perſuaſis vlla formido. Querela eſt de aſſuetis quæ tanta aſſeverantur vt claudi contra nos faciant regnum Dei: nos ludificamur etiam nūc & quæ nimio vſu vileſcunt levia & in nullo diſcrimine ducimus. hoc vſu vileſcit quicquid eſt horribile. Hic qui ſe exemerint, dicant vt in Pſal. *In laqueos venantium incidimus fracti ſunt laquei evaſit anima noſtra.* Verè enim laqueus mundi & catholicum malum ſunt mutuæ corruptelę. vere hinc *Va* mundo, *Va* ſingulis, *Va* vniverſis. Non arguere conſenſus eſt erroris: conſenſione illa occidiſti te: Occiſio animæ eſt peccatum. Peccaſti quia conſenſiſti, conſenſiſti quia non increpuiſti. Non enim illi dicis, *Peccas.* Nō illi dicis, *improbè facis.* Non increpuiſti ne (vt S. Auguſtinus loquitur) vel hu-

manæ amicitiæ cõmoditatem amitteres vel inimicitiarum humanarum moleſtiam incurreres. Nam vt hic itidem exclamat S. Auguſt. O mercinarie, lupum venientem vidiſti & fugiſti. Reſpondes forte & dicis. Ecce hic ſum, non fugi; fugiſti quia tacuiſti, tacuiſti quia timuiſti, corpore ſtetiſti ſpiritu fugiſti. Corripe irriſorem & illudet, corripe ſapientem & diliget. Egone inquies, corripiam? Res aſpera eſt, ſpes multo aſperior. Reſpondet adhuc Auguſt. Quam multi (inquit) luxuriantur caſti futuri? quam multi blaſphemãt Chriſtum crediturí in Chriſtum? quam multi ſe inebriant futuri ſobrij? quam multi rapiunt res alienas donaturi ſuas? Contra vero quam multi laudant blaſphematuri? quam multi caſti ſunt fornicaturi? quam multi ſobrij ſunt ſe vino poſtea ſepulturi? quam multi ſtant caſuri? Qui ſtant idcirco ne cadant, qui ceciderint vt reſurgant obſtrependum eſt maturanti peccato & matureſcenti. Qui malos odit, vel homines odit vel omnes. Tibi proſpice. Aut eſt è vita malorum exeundum, aut è vita. Synonyma ſunt mali & homines. Botrum carpe, ſpinam cave, botrum inter ſpinas cautus lege. Et boni & mali ſunt quibus adiungeris. Tibi cave ne & tu tenteris. Subde carnem ſpiritui, appetitum rationi, vitia virtutibus, corpus animo, intus exteriuſq; ſubde te domino, Noſce teipſum, proba teipſum, vince teipſum, vt tu is ſis qui ſtrenue demoliri regnum peccatorum valeas. Sile domino, immundum ne tetigeris; omnis conatus, omnis motus, omnis nutus conſenſum arguit. Quare D. Ambroſius in dictum illud Apoſtoli (*Præcipimus vobis (fratres) per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti vt ſubducatis vos ab omni fratre, qui inordinatè ſegerit & non iuxta inſtitutionem quam recepit à nobis*) Quoniam (inquit) in omni plebe non omnes obedientes ſunt verbo doctrinæ, non legis ſed ſuum placitum & conſilium ſequentes, propter hoc declinandum ab his præcipit, vt cognoſcant ſemetipſos errare; Nam & in eo latet offendiculum vbi erratur & erratum non cognoſcitur. Quare adhuc

Aug. de Spec ca. 3.

2. Theſſ. 3.

huc Divus Ambrosius in illa dicta Apostoli. (Ne commercium habueritis *cum operibus infrugiferis tenebrarum, quin ea potius etiam arguite. Et rursus, videte quomodo cautè ambuletis, non vt insipientes sed vt sapientes, redimẽtes tempus quia dies mali sunt.* Quoniam (inquit) superius perfidiam & vitia vitæ à Dei servis arguenda mandavit, nunc vt prudenter ea ipsa arguantur propter scandalum subiecit, *Ne commercium habueritis &c.* Tres autem rationes affert S. Ambrosius quãobrem non teneatur vir Dei, inquieto & iracundo contradictori semper & vbivis obstrepere. Quarum prima est ne moveatur tempestas aut blasphemia, secunda ne seminetur inter spinas, tertia ne citata tempestate multis fiat scandalũ. Est (inquit) in quo sic fervet zelus perfidiæ, vt non tantum non cum illo, sed nec præsente illo tractetur de fide. Perstrepente enim illo & blasphemante multis fit scandalum. Vnde Paulus & Barnabas cum adversus se blasphemantes audirent, excutientes vestimenta sua recesserũt ab eis. *Ideo nolite effici imprudentes, sed intelligẽtes quæ sit voluntas domini.* Ephes. 5. Hæc Ambrosius. Dies mali sunt & vltimi, omnia tam plena corruptelis & offendiculis vt difficile sit pios manere illæsos dum inter tot spinas incedunt. Quare vt à Paulo rogati, redimite tempus, reddite malis bona, illecebris pristinis (quæ inscios ignarosq; implicuerunt) ne amplius cedite: extricemini à voluptatibus & curis mundi huius: omnibus impedimentis & obstaculis semotis & sepositis, recuperandis malis arreptione rei bonæ gerendę summa vigilãtia intendite. Quod multa sint offendicula, quod hi errent, illi labantur, isti impingant, alij abeant, acriores sint fideles, & alacriores, fæliciores & fortiores ad studium & zelum vel (vt propheta clamat) *ad legem & testimonium*; fugite euntes atq; redeuntes & comparentes coram Deo in Sion. Nemo appareat vacuus, nemo inermis coram Deo. Accipiat quisq; *galeam salutis & gladium spiritus quod est verbum Dei.* Ephes. 6. Ea lege meditantes die ac nocte in lege domini simus vt me-

meditationes rebus, ſtudia vitæ & moribus, ſcientiam factis non præponamus. Pulchrè Cryſoſt. Sicut in bello non omnis qui pugnat vincit, nemo tamen vincere poteſt, niſi pugnaverit: ſic non omnes qui legunt aut ſtudent acquirũt ſcientiam ſpiritualem, nemo tamen acquirere poteſt, niſi qui fuerit ſtudioſus ad legendum, aut aſſiduus ad audiendum. Invisibile autem ſed indelebile vel Eccleſiæ vel reip. vulnus infligunt, qui ſacrarum literarum ſtudio nedum earum quas ſcholæ & Academiæ profitentur, ſeſe omnino rebus gerendis abducunt. Hi ſi ſuo marte atq; indole alium vitæ curſum non inierint, gravius vehementiuſq; reprehenduntur. Maximam vero ad partem laqueus adhuc pueris (ac ſi ſingulis liceret eſſe invita Minervà eruditis) injicitur dum ad literas coguntur qui aut morum ingenuitate, aut cõtentione animorum, aut firmitate corporum, res alias non minus præſtãtes, quam hominum vitæ opportunas eviciſſent. His duobus nominibus fit offẽdiculum. Malè enim mali aut obtuſi putantur, quia non callent quod non oportet, & peſſime in vita Minerva ad ea quæ ſui ingenij non ſunt, vibice, vulnere, aut verbere impetuntur. Quo fit vt vel in medio curſu flexiles eas artes (quæ re vera ipſorum artes ſunt) ſerò appetant, vel (quia quod eſt ſerum non eſt ſerium) in ea ſtatione cui primum adhæſerunt (quod de Catelinæ militibus refertur) vivi & mortui permaneant. Hi, qua ſunt animi magnitudine natura & numero, ex parva rep. magnã poſſent facere, ſi pædagogia illæſos & illaqueatos (vbi adhuc erat integũ) dimiſiſſet. Æquum eſt dimittere militem qui pugnando non eſt, æquum dimittere debitorem qui ſolvendo non eſt, æquius quam vtrumq; dimittere togatum qui diſcendo non eſt. Æquiſſimum autem & e rep. & è bono vniverſo futurum ſponderem, ſi actiori intuitu de puerorum ingenijs prius cenſeretur, quam in aliquam certam ſtationem vnde ſe explicare non deceat aſciſcerentur. Spartæ in ſufficiendis magiſtratibus manum & callum conſu-

Chryſoſt. in oper. Imp.

ſaluerunt, vos ingenium atq; animorum callum conſulite. Qui ineptus eſt ſcholæ, aptus erit militiæ; quem militia non feret, hunc ager recipiet; quem non ager, ciuitas & forum. Veſtrum vero facere qui veſter non eſt, puſillis primò (qui Deo curæ ſunt) deinde vero etiam reip: rerũq; naturæ ſcopulo ſum exiſtit, quocunq; id modo efficiatur. Sin faſcibus & virgis, vi & equuleo id fiat, ſceleſtum eſt (Deus bone) & nefarium facinus. *Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos*, Romanum eſt. Satis enim pro imperio (quod Romanum fuit) arrogatur, *debellare ſuperbos*: ſatis ærumnoſè & ſegniter quod verè Chriſtianum eſt & pium, *parcere ſubiectis*. Ad bellicoſos non licet digredi, de magiſterijs & quovis modo ſubiectis iubet vetatq; hic dominus. Quemadmodũ ſe gerant apud celſiores plerique & potentiores mundus viderit. Non eſt imperator, non rex, non fortis non fiunus, ſed neq; virtute præſtans aut præpotens materia quam tractat & circa quam verſatur dominus; puer eſt quem ſtatuit dominus in medio diſcipulorum, puſillus in fide quem negat offendendum. *Videte* (inquit) *ne contemnatis quenquam ex his puſillis.* Matth. 6. *Dico enim vobis angelos eorum in cœlis ſemper videre faciem patris mei qui eſt in cœlis.* Nam quò tandem (obſecro) evadet talis theologia, Quæ docet ſuum cuiq; angelum dari? Inter quæſtiones nunquam finiendas numeretur, An mortales angelis vnà vniverſis an ſinguli ſingulis curæ ſint, aut quouſq; tandem curæ Angelis ſimus, aut quomodo. Vbi rẽ credit fidelis de modo non quærat theologus. Litera tenus tam ex hoc loco quam exea. Act. ſingulis hominibus ſinguli tribuuntur Angeli. Iraq; his innitens S. Chryſoſt. Hinc manifeſtũ eſt (inquit) quod omnes ſancti angelos habeant. Sint porro Angeli qui excubent pro ſanctis Dei. Vbi vero ſatius reticetur quæſtio, quam refricata non reſolvitur, affirmandi arrogantiam vitans, tanto patri non derogans, dicam equidem quod ſentio: non polliceri ſcripturas ſuum cuiq; certum & peculiarem angelum. Demonſtrat dominus non eſſe

esse aut offendendos aut despiciendos parvulos, horũ cum solspites, tum vindices futuros esse Angelos dicit. Patent parvuli iniurię potentum: patent potentes vindictæ Angelorum. Messores sunt Angeli; neq; tamen vltima semper expectanda sunt sæcula, quandoquidem nunc vnus Angelus, nunc plures, vel in suppetias, vel in supplicia emittuntur, certis temporibus, certis personis, certis rebus, deputativè dispensative. Quare S. Bernardus de Angelorum natura non dissimiliter disserens, de his nolo (inquit) vt à me requiratis. Videntur Patres de hac re diverse sensisse nec mihi perspicuum est vnde alterutrum doceam & nescire me fateor, sed & vestris profectibus non multum conferre arbitror harum rerum notitiam. Hæc S. Bern. Quoniam idcirco sanctam modestiam atq; humilitatem sanctissimus pater edocet, ediscantur sanè, insideant animabus nostris atq; penitus inhæreseant. Interim quam acria quamq; atrocia supplicia hos maneant qui *lenum fumigans extinguunt, aut arundinem quassatam confringunt, qui vim inferunt socio*, qui *lapides offendiculi*, aut ligna ruinæ in via strata struunt cæco, claudo, infirmo, decet formidare potius ab ore domini, quam de Angelis scrutari. Attendite quis loquatur quid & quomodo. *Dico enim vobis Angelos eorum in cœlis, &c.* Plenum horrore est pronuntiatũ domini; à væ exorditur, Angelos minatur vindices, molam, mare, mortem. Ecquis non toto animo perhorreseat aut reformidet? De collo, de manu, de pede, de oculo, amputando, abijciendo, eruendo, effodiendo ea lege atq; omine differitur, qua vel quo hoc (quod dicitur) scandalum vel datur vel accipitur; vt præstet sine his vitare scandala, quam cũ his dare, vel propter Angelos, vel propter profundũ maris vel propter Gehennæ metũ. *Qui offenderit* (inquit dominus) *vnum è pusillis istis qui in me credunt expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collum eius ac demergatur in profundum maris.* Non dixit dominus. Qui peccaverit expedit ei, &c. sed *qui offenderit*. Nam inter peccatum &

Bern. in Cant.

Matth. 18.

scan-

ſcandalum hoc intereſt quod peccatum peccantem modò, ſcandalum etiam fratrem attingat. Verbi cauſa ſolus homo inebriatur; Solus homo devorat. Qui idem ſi neq; vinum neq; carnem ſumpſerit in oculis proximi verecundiùs reprehenditur. Qui vero percutit conſervum ſuum, qui vitiat ancillam aut virginem, vel facit vt vtrinq; peccetur vel (ſi victa virtus eſt) fit & peccatũ & ſcandalum. Percuſſiſti cõſervum nolentem? vitiaſti virginem invitam? puſillum vel puſillam (qui in domino credit) offendiſti, *expedit igitur tibi*, Quo fit vt tolerabiliùs deliquerit qui ſolus deliquerit, quã qui cum altero, & adhuc tolerabiliùs, qui cum altero, quam qui in alterum. Cum altero peccat qui par eſt & ſocius; in alterum cum vel firmus infirmũ (vt cathechizatus cathechizandum) in errorem pellexerit. *Bonum eſt* (vt eſt 19. Rom.) *non edere carnes neq; bibere vinum, nec quicquam facere per quod frater tuus impingat & offẽdatur, aut infirmetur.* Sed de genere ſupplicij & horrore quę tali cũ omine ipſe dominus cõminatur, eſt videndum. Quid eſt enim? Num propijci ſcãdalizantes iubes inhumatos aut dimerſos? Neq; enim truſtra Poeta-*facilis iactura ſepulchri eſt.* Nihil refert an mortuus in mare, in profundum maris proijciatur. Non de honore agitur moriẽtium ſed de horrore viventium. Horreat à morte caro dum conducibile eſt vt ſibi de ſe in ſepulta vel ſepulta meditetur. Eſca volucrium inſepulti. Eſca vermium ſepulti, annon & eſca piſcium ſubmerſi? *Ne timeas à maledictis hominum* auctore Propheta, *ques ſicut pannum & lanum vermes comedunt & tinea. Iuſtitia autem mea in aternum, & ſalus mea à generatione in generationem.* Nihil igitur ad rem eſt vbi honore ſepulturæ careas, vel quaſi hoc vltimum ſit quod denuo imprecatur Poeta, naves diverſas agi, aut corpora ponto diſijci. De anima theſes ſunt, cuius naufragium eſt vbi quis ſcandalizatur. Anima peccat, non corpus. Non eſt probatus de corporis iactura ſermo tam frequens, de animæ ſive culpa ſive pœna tam altum ſilentium, vt non tam

assignetur huic culpæ hæc pœna, quam inter se pœnæ & pœnæ puta animarum comparentur. Tolerabilius quis in mare conijcitur quam in lacum ardentem igne & sulphure. Satis dolenter nec non nimis opportunè de disiectis in imũ maris corporibus, bellis terra mariq; sæviẽtibus, disseritur. Quis enim vel de Anglicanis militibus non tam cum hostibus, quam cum fluctibus dimicantibus, & vel in navi, vel cum navi pereũtibus, satis liberè vociferari, aut satis gravitèr cõqueri potest? Non mendaces, homicidæ, fures periuri, pro eo ac commeriti sunt, aquis insanis submerguntur verum enim vero iusti cum iniustis; hostis cum hospite, frater cum fratre, Anglus cum Anglo perijt. Quæq; suum tempus & locum habent. De bellicis infortunijs alter libellus quem isti præmisimus, contestatur. Interim retundit hoc loco dominus elationem Apostolorum quorum quęstio fuit, quis esset maximus in regno cœlorum dum accersitum puellum statuit in medio illorum dicens. *Nisi conversi fueritis & effecti sicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum.* Hinc pusillum in side docet non scandalizandum. Adhuc vbi non vulgare sit edomandæ superbiæ antidotũ, dum asperimæ res ærumnosissimæq; atq; novissimæ memorantur, quo iure de cælis quærunt discipuli eodem de Gehena respondet illis dominus. Neq; enim quicquam est tam infestum aut naturæ hominum inimicum quod non leve perpessu futurum docet, modo tali perpessu animæ mutulationem naufragium aut damnum evadas. Si pes (inquit) si manus, si oculus offendiculo sit, erue, abscinde, proijce. Terrores cum terroribus conferũtur, oculus erutus & pes cum igne æterno, manus abscissa cum Gehenna: Quare de mola tam granditer? Quare collo affigenda? Quare in mare, in profundum maris? Quare illico manus abscindenda? pes amputandus? oculus eruendus? quia cum tali mutulatione atq; profunditate maris ignis æternus & Gehenna compatãtur. Quis est tam firmus aut ferreus qui si minus *virtutis*

mere attamen *formidine pœnæ* peccare non oderit? S. Ambrosius in hũc locum supra citatum sic dicit. Ne cui hinc quoq; scandalum generetur, infimo, non otiosè simul posita putamus, molã asinariam, collum hominis, profundum maris. Etenim cum asini tipum populus Gentilis acceperit, nonne tibi videtur tanquam molam asinariam volvere, quamdiu in imperitiæ suę errore versatur naturæ quidem vinculis alligatus? Asini igitur tipum populus Gentilis accipit, S. Ambrosij iudicio. Nec erectior est S. Augustinus qui super Io. 12. tract. 51. sic ait, Pullum asinæ in quo nemo sederat, intelligimus populum gentium qui legem domini non acceperat. Asinam vero quia vtrumq; iumentum domino adductum est, plebem eius quæ veniebat ex populo Israelis, non indomitam planè sed quæ præsepe non agnovit. Et Augustini idcirco sensu non modo Ambrosij, nomine Asinæ Iudæi, nomine pulli Asinæ gentes intelliguntur. Nodũ in scripo quærunt, & aqua hærent (vt aiunt) vt rescias (pie lector) Augustinum & Ambrosium homines fuisse. Vterq; populus (inquit Ambrosius) pompa quadam sermonis huius exponitur Gentiles alieni à scientia Dei, tãquam in profundum maris mersi sunt, Iudęi per legem eruditi, non tanquam ignoti peribunt, sed tanquam sacrilegi punientur, cũ tamen nihil propheta aut Evangelista de Iudæis aut gentibus. Primarius locus est Zacha. 9. his verbis. *Nolite timere filiæ Sion Ecce rex tuus venit mansuetus, sedens super Asinam & pullum Asinæ subiugatæ.* Mansuetudo regis cœli atq; terræ ostenditur, fulgores regum qui curribus & equi conspicui incedunt, deprehenduntur & reprehenduntur. Omnis Christi actio est nostra institutio. Nam ad hoc iter Hierosolymitanum tanquam ad Lydium lapidem, non regum solummodo atq; imperatorum, sed & procerum, nobilium generosorum, peregrinorũ atq; aulicorũ fulgores reducti in bilance concident, cũ servatoris nostri humilitati, istæ inanissimæ gloriæ tantùm non contradictorie oppositę

videantur. Ecce (inquiunt) nos nu neri ſumus; ecce nos ſumus principes ciuitatis: ecce quot quales & quanti ſumus. Interim reddite mihi. Quid cum illo vel illa vel illis agetur qui ſedent ſuper aſinam vel pullũ aſinæ? Sedetur etiamnũ ſuper Aſinam cũ pullo Aſinę ne forte fraudetur pullus mamilla ſua. An eſt quicquã his vilius, cõtẽptius, abiectius? A q; hi ſunt quorũ ſors eſt cũ domino in hoc itinere? Scitote quos dulcis fortuna adhuc prorſus ebrios non fecit, fratres ſororeſq; ve tras graviter & miquo animo ferte hanc generoſitatem & vanitatem ve. tram, præter lutum luxũ cænodochiam, faſtũ, gulam. Ecce fratris querimoniam, ecce vulnus, ecce delpicatũ, ecce ſcandalũ. Hæc folia atq; fructus ſunt peregrinationũ quibus plæriq; adeo egregij evadunt & ornati, vt (quod de Chryſogono dicitur) viros præ ſe nullos putẽt. Contra hunc faſtũ Chriſti actio præſcriptio fuerit. Itaq; nimis allegorizat S. Ambroſius, qui nomine Aſinæ & pulli Aſinæ Iudæos & gentes intelligit; Dolendũ eſt incidiſſe in animos patrũ vt extricare mallent ſenſus quam exvgere, & ambire difficiles interpretationes, quam petere genuinas. Auctoritates patrũ ſatis ærũnoſè, noſtrũ pridem ſæculũ extruxit, quibus in cauſa theologiæ, quod in alia Murenæ & Syllæ religioſiſſime dicitur. His patribus laus tribuenda quod egerunt, venia danda quod reliquerunt. Certũ eſt his iumentis, nec Iudæos nec gentes, nec omnino homines intelligi, cæterũ domino ita vt ſit Hieroſolymam ingreſſuro, vſui fuiſſe quæ vt ſimpliciſſima animalcula ſecus viam habita minimè purpurata aut phalerata ad humilitatem erudiant. S. Ambroſius præter-quam quod Iudæos & gentes huic loco ſuper invexerit, eos offendere interpretatur, qui in crucem domini non crediderint, qua ſcandalizantur infirmi. In quo ſicut in plæriſq; rebus etratur dum quod prædominans eſt & præcipuũ, pro eo quod dicimus omne aut ſolum recipitur. Cruce Chriſti offenduntur & firmi & infirmi: Quotus enim quiſq; eſt qui non dicit? *Si filius Dei es*

deſ-

descende de cruce & adhuc: *Sanctus rex Isr uel est descendat nũc de cruce & credemus ei.* Nam quid attinet sacerdotes, scribas, Pharisęos & prętereuntes, nedum milites, qui ligno interfuerunt vel pręfuerunt commemorare, cum ipsi Apostoli & vt aduersarijs placet primus Apostolorũ, Petrus præter cæteros resilierit? Cecidit Petrus & refurgit ad gallicinũ. Instante cruce confugiunt & cæteri. Scriptum est enim, *Relicto eo omnes fugerunt*, vt nemini non omnino sit ista cautela dominica. *Beatus qui nõ fuerit offẽsus in me.* Crux Christi cõmes. Sed non hoc agit Euangelista vt reprehendantur solummodo qui ad crucem resiliunt. Et enim est hic locus cõminatorius summa auxesi, supplicia demonstrans eorũ qui viam cælestem ad eam tendentibus præcludunt. Quiq; (vt Palamedes olim infantem ante aratrum Vlissis) ante aratrũ domini & senes & infantes, & viros & mulieres, & se & suos inuisibiliter fortassis, certè efficaciter redhibent. A filiabus & filijs, à matribus & materteris, à patribus & libetis nisi satis offendiculorum scaturiant, instigare quæso vrgete, & vel clam vel palam quod vestrum est facite. Interim audite dominum occlamantem: *Va mundo ob offendicula. Necesse est esse offendicula, verumtamen va homini per quem offendiculũ venit.* Cæterũ vt latentes de scandalo sensus quos mens humana complectatur, calamo subijcã, scandala sunt numero infinita, contagione venenosa, periculo mortifera: de quibus difficile dictu est, vtrum facilius vites quam fugias. Nam fugere debes ne scandalũ patiaris, vitare ne facias. Sic enim in offenso pede gradieris si neq; facere scandalum libuerit, neq; pati. Nõ tam perite quam pie distinguitur inter scandalum datum & acceptum. Sed tamen vt non improperat alteri, qui se non dedisse scandalum, sed alterum accepisse regerit? Fit porro scandalum cum vel interruptio boni, vel irritatio mali, cum datur tum accipitur. Nam accipi potest & non dari, dari potest & non accipi, & dari potest & accipi. Quæ tria appositione exemplorum innotescent. Petro

& Iohanne missis ab Hierosolymis ad Samariam vt imponerent his manus qui non recepissent Spiritum Sanctum, accipit Simon scandalum antequam detur. *Date* (inquit) *mihi istam potestatem vt cuicunq; imposuero manus accipiat Spiritum sanctum* cui Petrus. *Pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum Dei existimasti pecunijs parari. Resipisce igitur ab ista malitia tua, &c.* Dant Babilonij scandalum non accipiunt Iudæi, Baruch. 6. *Videbitis deos Babil: aureos, argenteos, ligneos, lapideos, humeris asportatos in terrorem gentiũ, videte ne feceritis sicut cæteri, ne timueritis, neq; à pavore ipsorum paveamini. Quare cum videritis populum ante & retro sic venerantes in cordibus dicite vestris. Solus es (domine) colendus. Erit etiam angelus meus vobiscum Babilonia.* Idcirco datur scandalũ, & non accipitur. Et datur & accipitur. 2. Gal. *Una cum Gentibus sumebat cibum Petrus, donec venissent qui venerant à Iacobo, dein se subducebat, ac simulabant una cũ illo cæteri quoq; Iudei, adeo vt Barnabas simul abduceretur in illorum simulationem.* Vnde *Paulus cum venisset Antiochiam palam ei & in faciem restitit.* Hic & datur & accipitur scandalũ. Vnde hæc audivit Petrus à Paulo. *Si tu (cum sis Iudæus) gentiliter vivas, ac non Iudaicè cur gentes cogis iudaizare?* Dat scandalum Petrus, accipiunt gentes qui Petri simulatione coguntur iudaizare. Iam vero scandala sive accepta & non data, sive data & non accepta, sive & data & accepta partim publica partim privata dicimus. In publica referendũ est illud Gedeonis, Iud. 8. Nam Gedeon est cui Israel devictis Sabath & Zalmanath Regna (inquit) *super nos tu, & filius tuus, & filij filius quia eripuisti nos manibus Madianitarum:* Quibus Gedeon: *Non regnabo super vos, neq; regnabunt filij mei, sed regnabit super vos dominus.* Quid ad hanc abstinentiã addi potuit? Sed dolendum est qui fugere potuit regnum vitare non potuisse scandalum. *Æmulus Aharonis petijt, inaures, monilia, torques, è quibus conflavit Ephod, posuitq; in civitate sua Ephra: & fornicatus est post Ephod universus Israel, quæ res domui Gedeonis*

omiẽ ruina fuit. Supra mirum eſt mors filiorum Gedeonis. Nam 70. fratres excepto Ionathan ad vnum lapidem corruerunt Iud. 9. De ſcandalo quid eſt præterea ſuperaddendum? Nam vniverſus Iſrael fornicatus eſt poſt Ephod in civitate Ephra. Non eſt idolum ſine ſcandalo, ſed nec malũ quod eſt diuturnum. Quinimo ex bonis initijs nedũ ex malis mala exempla oriuntur. Erexit dominus Æneũ ſerpentem in Heremo, vt qui morſu ſerpentum vſq; ad neccem ſtimularentur viſu ſerpentis quem iuſſu domini Moſes erexerat, ſanarentur. Æneus ſerpens non ignitus quem Moſes erexerat, dominus iuſſerat, tipus Chriſti collyrium fidei, ſicut altaria, ipſa ſimulachra, atq; nemora Ezechiæ cõminuuntur. Quare Æneum hunc ſerpentem effregerit ratio expedita eſt. Nam iſta ſunt ipſa verba hiſtoriæ. *Et effregit Æneum ſerpentem quem Moſes erexerat.* Nam vſq; ad dies iſtos incenderunt ei, hoc eſt Aeneo ſerpenti ſacrificia. Hinc quale eulogium? Confidit in domino Deo Iſraelis, vt ſimilis non inveniatur, qui ante Ezechiã vel poſt eſſent inter omnes reges Iudah. Res alioqui optimè inſtituta tractu temporũ in cauſam idololatriæ ceſſit Iſraeli. In his verbis latet ſcilicet ſcandalum. *Vſq; ad dies iſtos filij Iſraelis incenderunt ei* vt intelligatur idolo nihil eſſe funeſtius nihil venenoſius, nihil formidoloſius. Vbi vero non religione tenus aut ipſa idolalatria, vſum vitæ & πρᾶξιν ſcelerum cõtemplamur inter omnia memorabilia exempla, homicidio Davidis in re Vriæ haud facilè cites illuſtrius quo reatus ſcandali abſq; peccati crimine in publicum naufragium tranſierit. Peccat David in nece Vriæ. Dixit Saul. *Manus Paleſtinorum ſit ſuper Davidem.* Dixit rex David. *Manus Ammonitarum ſit ſuper Vriam.* Scribit literas Iezabel vt moriatur Naboth, ſcripſit in eandem ſententiam David vt moreretur Vrias. *Mortuus Vria in luctu & ſqualore eſt rex & vultus Dei,* vſq; ad placatum & propitium dominum. Neq; enim tam doletur quam deletur peccatum conteſtante Propheta *Tranſtulit dominus* Reg. 14.

dominus peccatum à te. Sic Nathan Davidi. Vbi vero remissũ est peccatũ, punitũ est scandalũ in morte filij. *Non morieris* (dicit Nathan missus à Deo Propheta) *Verũ enim vero quum ex hac re causa vel negotio effeceris ve hostes Dei blasphement filium qui tibi nascitur moriendo morietur.* Ieiunavit Divid, vim lachrimarum effundit, Cæterum mocitur puer. Nihilo secius tamen lex talionis quadantenus in regem exeritur & excercetur. Oculus pro oculo dens pro dente exigitur. Pronuntiatum regis fuerat. *Qui hoc fecerit, filius est mortis.* Verum vbi resciverat rem omnem reatumq; ad se pertinere, regerit dominus per prophetam suum. *Non morieris.* Ea tenus tamen ignotum est Davidi et parcitum quatenus ob hanc noxam non sit moriturus. Sed cum mors morte plectenda sit, & sanguis sanguine litandus, visum est domino in sanguine filij improperare tale delictũ sancto & vncto suo. Numero autem quatuor insignia & memoratu digna supplicia hinc inde in Davidem recidunt. Moritur filius oriundus è Beersheba natus ante Salamonem. Ecce primum supplicium. *Gladio percussisti. Nunquam igitur*, gladius recedet à domo tua: secundum. Suscitabo malum contra te è domo tua. Regnat enim Absalon in Hebron: ecce tertium. Auferam vxores & dabo eas proximo tuo. Venit enim Absalon Ierusalem & expansum est ei tentorium super tectum domus, & ingressus est concubinas patris sui idq; inspectante Israele; quartum supplicium. Tantum igitur non reddit quadruplum de ove ablata. Ego autem (si rem satis assequor) de remissione peccatorũ, sicut in symbolo intelligitur, in causa Davidis nullam aut mentionem, aut (vt ita dicam) motionem fieri oportere dicerem. Nunc vero id quod ad scandalũ attinet in maximo honore minima licentia est. Facilè res regum vel benè vel malè gestæ in vulgus exeunt. Facta principũ plæriq; imitantur. Soli non delinquunt. Deliravit David? Peccat exinde Ioab dux militiæ imperante rege, Vrias & nonnulli eiusdem cohortis mili-

2. Reg. 12. 14.

milites, ad obsidionem vrbis gladio Ammonitarũ occidun-
tur. Rex delinquit? Insultant æmuli, obsequuntur subditi, a-
mant servi, irrident hostes, lugent boni. Quomodo enim a-
dulterante Iove simul & tonante summũ cœli templũ nõ
concutitur? Omnes porro homines qui vel magistratum,
vel magisterium gerunt, duplici nomine iniquitatum con-
tagione vacuos esse decet; quandoquidem cum animæ suæ
periculo reliquorum offendiculum coniunctum habent.
Tanquã vena corrupta & fons perturbatus (vt inquit Salamõ)
est vir iustus lapsus coram impio. Sicut vena corrupta & fons
perturbatus sit rex atq; vnctus domini lapsus coram hosti-
bus Dei. In his scilicet verbis datur scandalum & accipitur.
Quoniam sic faciendo hostibus Dei ansam præbuisti blasphemandi, moriendo morietur filius tuus: Quæ omnia sic cohærẽt, ac si
cũ patri tum filio, vita veniaq; indulta fuisset, nisi admissũ &
regis & Davidis hostibus Dei scandalo fuisset. Satis hoc
scandalum magnum, satis hoc publicum fuit, quod optimo
militi necẽ, fortissimo heroi lætã cõscientiã, postremò hosti
blasphemiam immiserit. Tota massa fermentatur, tota cor-
rũpitur. Verum publicis scandalis, quæ reges, regna, popu-
los, gentes potius quã pium lectorẽ vel singulos attingunt,
tria exẽpla Gedeonis, Ezechiæ, Davidis sufficerint. De pri-
vatis offendiculis humiliùs & (vt mihi videtur) fructuosiùs
dicetur. Privatis scandalis nulla vitæ pars vacare poterit.
Nam & frater fratrem, & pater filium, & socius socium &
proximus proximum facilè offendit, vt fructuosissimè mo-
nendum sit, privatorum offendicula (quibus dicta factaq;
hominum quasi quibusdam venenis illita sunt) partim ver-
bo, partim facto vel (si facta alterius thematis sint) vita &
moribus adimpleri & confici. Quod ad verbum spectat:
recte ille, duplex est vis orationis quarum altera in conten-
tione loquendi, altera in sermone colloquendi cernitur, vt
nihil homini melius, nihil homine dignius sit, quam vt aut
cum populo publicè, aut cum proximo privatim castè inte-

greq; lingua fruatur. Non me torquebo dũ ſcruter documẽta, è quibus ſcandala (quę verbo tenus inferuntur) eruã. Plena ſunt ora rhetorum, poetarum, philoſophorum, imperatorum dogmatis, ducum atq; principum edictis, ſenum ſagaciſſimorum prudentiſsimorumq; conſilijs, abſentiũ mortuorũq; ſcriptis & literis, quæ parũ caſtè ſed & parum cautè pronuntiata & edita pleroſq; quinimo humanũ genus offendunt & vituperant. Ex quibus vbi noſtra ætas reſpicitur taxentur modo nonnulli Poetæ & Rhetores, qui in ſermone elegantiam in oratione eloquentiam affectant. Nam cętera vel habuerunt ſua tempora & mortua ſunt, vel bonum malumve publicum cum tanto pondere attingunt, vt vim ſcandali excedant; vt breviter mihi toga hodie commonefacienda ſit vt à ludo & puritię diſciplina pugna rectè fruatur. Poſſe in bonis eſt, velle in magnis egregium eſt, vt de his cum Themiſtocle pronuntietur, aut in magnum bonum, aut in magnum malum reip: futuros eſſe hos quorum ingeniũ & ętas in herba ſunt neq; adhuc ad eccleſiam vel remp. acceſſerunt: non ſatis officio ſuo fungentur docti & boni viri niſi viciſſim & invicem contra lenocinia, vafricies, ampullas, ſeſquipedalia vocabula ſuperflua & ſuperlativa pręmoneant & præmuniant. Hic enim toga veſtra (qui maiores natu eſtis) de privato & clancularío offendiculo iure periclitetur, ſi quorũ mentes ſed inprimis linguas excolitis, eorum ingenia ad magna citius quam ad ſana ſancta conducibilia inſtruatis. Aliquid magni alunt adoleſcentes, eruditi præſertim præter cæteros egregiè oratores. Atq; hic magnus tibi iam diu multũq; togato, qui puſillus in fide, exiterit. Hiccine magnus qui neſcit quæ in templa venerit, in quas ſanctimonias aſſcitus, ad quã lubricas & ignotas vias citatus, ad quos laqueos, irritationes, anfractus, labyrinthos deniq; ad quẽ qualemve mundum tranſeat? vel coactus & invitus huic vt rex & lex, vt lux & dux & viam & vitam, & vim & virtutem præmonſtres oportet. Ve dominus hìc intonat,

tonat, hìc molam clamat evangelium. Novitius eſt aliquis? Inflatur: ſcientia prædituſ? tumet: os vaniloquum eſt, ſublime cogitat: prætextatus eſt? nihil humile poteſt cogitare. Horum alas quas ſpes fecit, ſomnia quæ genuit inſcitia, glorias quas mala docuit natura, viri Dei vſq; quo tandem perferemus? Chara eſt ſanctis patribus illa ſententia Eccleſiaſtis. *Qui addit ſcientiam, addit dolorem & cum multa ſapientia multa indignatio Cap.* 11. Languor indignatio accidentia ſunt incidentia contingentia literatis & togatis. Non ſi ſint vobis linguæ centum (vt loquitur poeta) vulnera, calamitates, querimonias nunc horum nunc illorum (id quod à toga exigit mundus) erigere, conſolari, refocillare facile erit. Equidem ſatis mirari non poſſum ad inviſendos infirmos pro ſagaciſſimis viris & optimis adhiberi oratores adoleſcentes, ſed & loquaces mulieres, quas ad mortuos tutius eſt quam ad morbidos adhiberi; Extra aleam offendiculi ſunt mortui facilè ſcandalizantur morbidi. Morbus ſecunda ſchola eſt, in ea ſicut in pædagogia diſciplinentur cum iuvenes tum mulieres. Abſit autem vt ſpurcitijs, iocis, vaniloquentijs, (qualia in triclinijs haberi ſolent,) ipſa etiam cubilia impleantur. Ominoſum eſt in limine offendere. Nam quòd divitem ac non pauperem, domum læticiæ ac non luctus, diem ſerenum ac non nubilum, hoc eſt, ſe potius quam ægrum viſitent, hæc primum animadvertenda iniuria eſt: ſalutant ægrum, deindè domum occupant, facile mulieres circumeunt vel coeunt; ſed & novi homines oratores adoleſcentes, quibus non me ſed ſanctiſſimum Iobum regerentem accipite: *Miſeri conſolatores eſtis omnes. Utinam ſileretis quod ſapientia veſtra poſſet attribui*; Prætextu morbi ædes lætas & lautas ingreſſi eloquuntur, alloquuntur, colloquuntur. Etiamne ſolabuntur talibus nænijs & ineptijs ſenem & ſexagenarium & ægrum? etiamne ſervum domini? etiamne puſillum in fide? etiamne iniquitates ſibi numerantem & ruminantem? etiamne morti vicinum & tantum non ani-

mam efflantem? Siccine, cum neq; per ætatem prudenter, neq; per sexum fortiter neq; per scientiam salubriter valeant, pro medicis erunt & chirurgis, quin & pro maturis theologis & presbyteris ecclesiæ? Mirum est enim vt totũ hoc genus capessat potius quam satagat; loquentiæ satis habent eloquentiæ parum. Mulierum vero loquelis non egemus ad rem quæ paratur, sed fide & taciturnitate. Neq; vero quia carne formaq; prævalent tempestivè vel invenustum ægritudine, vel quovis infortunio fractum & debilem corrigent aut erigent. Quid est enim? Num mulieres è mundo peregrinanti carnem suam quasi viaticum tradent? *Spiritus promptus, caro infirma.* Quid agitis mulieres? Num firmabitis carnem, extinguetis spiritum? Vt quid etiam spiritualia aut seria afferenti viam ad ægrũ (id quod fere fit) intercludetis? Quam ater quam niger est omnis profitens scientiam? Quã ipsi ægro molestus & terreus? Recte ante mortẽ excipiunt Iuris-prudentes medici, medicos theologi. Ne stet per vos mulieres, quo minus quisq; sua vice serviat, vltra sexum eniti est vltra limen egredi. Quocirca infirmos invisere vbi animus est, opere non verbo, ministerio non honore (quod mulierum est) facite. *Vidua* (auctore Paulo) *non minor annis 60. eligatur, Iuniores reijce. Nubere volunt, simul & otiosæ discunt circuire domos garrulæ ac curiosæ loquentes quæ non oportet.* Non hic agitur de servitijs ecclesiæ, non de munijs fœminarum ecclesiasticis, sed de scandalo. Videndum autem quot verbis verba fœminarum redarguat Apostolus *Garrulæ sunt, curiosæ, loquentes quæ non oportet. Mulieres* (inquit) *discant cum omni subiectione. Caterum mulieri docere non permitto, neq; auctoritatem vsurpare in viros sed esse in silentio.* De sponso & sponsa est sermo. Doctrinaliter idcirco non concludimus; attamen cum & sponsis & viduis adeoq; in specie fœminis silentium à Paulo indicitur cumq; quod diserte præcipitur de vxore, non obscurè arguatur de fœmina, adhuc quandoquidẽ subditionis signum sit silẽtium, dominati-

nationis verbum (iuxta illud Pſal. *Noſtrum eſt labium, Quis dominabitur nobis*) Quis ſatis irriſerit fœminas quoniam valentes ſunt (addo etiam, pingues & ſucci plenæ) volentes recta conſilia ægrotis dare, nedum circa ægrotum garrulas, curioſas, loquentes quæ non oportet: quaſi vero non inſtar egregiæ conſolationis futurum eſſet, ſi fœminæ à ſene prudẽtiam, ab ægro mortificationem, ab eo qui in extremis eſt fidem, poſtremo à viris, quorum id maxime intereſt, officiũ ſuum ediſcant. A quovis hominum (vt inquit ille) vbi opus ſit acceperis beneficium, verũ id maxime cõvenit ſi ab idoneo conferatur; porro idoneus eſt, ſenex, infirmus, debilis, qui eructent ſermones ſuos mulieribus natis plus minus 60. aut viduis ad lectum ægroti die atq; nocte excubantibus, vel vt antiquitùs in ablutione pedum alijsve ſervitijs miniſtrantibus. Fœminis idcirco taciturnitatem commendantes, viros & prudentes exigimus, à quibus vt optima ſic non nimis rigida ſemper petuntur. Apta non abſoluta ſalutem cõferunt; vt ſagaciſſimi viri ſatis ſagaces habeantur, in morbis præſertim diuturnis, qui ad conclave infirmati fratris aut patris ſpurcities intemperantias vociferationes, tumores, à marulẽtias, ſed & laſcivias quas ferè alit cubilè fugent atq; fugiant. Quocirca S. Iacobus. *Si quis* (inquit) *ſermone non labitur hic perfectus eſt vir, potens frœno moderari & totum corpus.* Et alibi. Quis ſapiens & ſcientia præditus inter vos? *Oſtendat ex converſatione bona opera ſua, cum manſuetudine ſapientiæ.* Ecce non dicitur cum ſapientia ſed *cum manſuetudine ſapientiæ.* Oſtendat idcirco circa ægrum manſuetudinem ſapientiæ. Nam hanc moderationem & ſapientiæ condimentum circa ægrotum non expetendum modo verum etiam neceſſarium ducimus. De ſeveris ad moribundos eſt conſentiens opinio. Attamen cum ſatis ſeverum ſit ſœculum in morituros, elegans hominum genus & vrbanum non excludimus, eorum ſcilicet qui adoleſcentibus ſevera, ſenibus placida, morituris ſeria afferunt. *Beatus qui prudenter intelli-*

Psal. 41. *git circa pauperem.* Hębraica vox attenuatum & debilitatũ ſignificat. Beatus idcirco qui prudentèr intelligit circa quo-vis modo imminutum extenuatum, enervatum, cui vel mi-nima offenſio odioſa eſt. Non ferunt infirmi os clamoſum nedum maledicum, non inflationes, non elationes, inſuſur-rationes, traductiones, cõfabulationes, obloquutiones. Cau tus ſit inviſens morbidum, intelligens, opportunus; nihil te-mere, nihil fiat negligentèr. Merces multa. *Infirmus fui* (di-cente domino) *& viſitaſtis me: venite benedicti.* Eliphas, Bil-dad, & Sophar ſi impegerint ad ſanctum Iobum, dum ex principijs malè intellectis concluditur, quid habent ſperare ſinguli? Rectius tamen illi quam mala vxor. *Maledic* (in-quit) *Deo & morere.* Noſtra vox ſit oppoſita. Benedic Deo & vive. Sed enim, cum non ſolum ſancta ſed etiam ſalubria patienti accommodanda ſint, ab ijs cẽleo petantur qui iſta profitentur; lingua vitæ neciſq; eſt opus, eaq; honori & ig-nominiæ, fæliciſſimis, infæliciſſimiſq; rebus ianuam aut ape-rit, aut claudit. De qua cum infinita dici poſſint, tum aliquid ſublimius fortaſſis, nihil autem fortius eſt pervulgata illa & percelebrata præceptione domini Matth. 12. *Dico autem vobis quod de quocunq; verbo otioſo quod loquuti fuerint homines, reddituri ſint rationem in die iudicij. Nam ex dictis tuis iuſtificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis.* In hac dominica aſſertio-ne quæ ſumma cum auctoritate & ἐνεργείᾳ deponitur, hoc inprimis animadvertendum eſt vt diverſa peccata & ſpecie diſtincta, verba atq; opera non obſcurè pronuntient. Vbi enim conſtat de facto quocunq; otioſo, ſuperinducit de dicto quocunq; otioſo reddendam rationem in die iudicij. Adhuc cum ſatis conſtet ex factis tuis potius quã ex dictis te iuſtificari, aut condemnari: inſuper iam inter axiomata eſt & ex dictis noſtris nos iuſtificari, & ex dictis noſtris nos condemnari, atq; illis non vtiq; ſemper blaſphemis, male-dicis, malis, ſed vanis, otioſis, ſuperfluis. Nam & hæc ipſa (v-bi fræna laxantur) cum in noſtram perniciem tum in aliorũ

ce-

cedunt. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Quid otiosa? Quid superflua? cum partim per seipsa bona nō sint, partim privatione boni etiam improba. Vnde propheta. *Dixi observabo vias meas ne peccem lingua mea, cohibebo os meum dum cor ā fuerit impius, factus diutino silentio mutus, vt ne de bonis quidem rebus loquerer & interim dolor meus inerudescebat.* Quantum distamus ab illo qui siluit à bonis nos qui nō silemus à malis? Influat inimicus cōvitijs, invndet aures cōtumelijs, ego taceo & nihil respodeo (inquit Ambrosius) si perfectus sis benedic maledicēti, sicut benedicebat & Paulus qui dicit *Benedicimus & maledicimur.* adhuc Ambrosius. Davidē in hoc quoq; genere virtutis imparem Paulo non fuisse edocere possumus, qui cum primò maledíceret ei Shimei, & crimina obijceret: & humiliabatur & *silebat à bonis suis*, hoc est à bonorum operum conscientia. Oppositа documenta Ahabi, Iezabelis nec non ipsius Petri rem collustrarent, nisi alivndè adscita non tam scandalum quam scelus impetant. Ahab nequissimus rex dicitur, sed tamen non tam suo Marte & arte, quam suggestu & suasu Iezabelis reginæ eiusdemq; vxoris suæ. *Scribit litteras Iezabel nomine & sigillo Ahabi* sanguinolentas, simulatas, nefarias. Cadit (Deus bone) in fœminam, in reginam, in vxorem tantum scelus? Invitus omitto historiam, & vineam *Aceldama* idest vineam partā sanguine, omitto sāguinem ipsius Naboth effusum, omitto falsos testes, confictum crimē, ieiunium, scelus, regem, vxorem. Quā bonæ res inventę sunt in hoc rege, & tamè propterea iniquissimus perhibetur, quia instigaverat eum Iezabel. Ecce quale scandalum. In sinu iacet quæ vt Hæva rediviva pomum exheredationis suggerit & porrigit. *Ego* (inquit) *dabo tibi vineam Naboth.* Omitto reliqua; vt non declametur contra omne quod scelus aut nefas dicitur. Venio ad dominum & Petrum, os atq; principem Apostolorum. Domino omnia perpessuro suggerit Petrus. *Propitius tibi esto domine. Nequaquam hoc tibi erit. Cui conversus dominus*

Iesus

Ieſus reſpondit. Abi poſt me Sathan. Scandalo es mihi. Neq; enim ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ ſunt hominum, Calicem Martyrij vel cuiuſvis crucis propter nomen Chriſti vel ipſam iuſtitiam hauſturum qui impedit, hoc eulogio angelus dicatur atq; miniſter Sathanæ. Hæc vero rariora. Fælix eſt ævum præſens paucos alens martyres, ſanctos verò plurimos. Interim ſub nomine Petri omnis ſycophanta, aſſentator & (vt vno verbo dicam) omnis hortator & ſuaſor mali obijcitur, vt Chriſti excãdeſcentis typo Æthiops Arabs aut Scytha mihi charior futurus ſit quam iuſtis de cauſis coniunctiſſimus qui vitę huius cõmoda in viam domini tanquam ligna & lapides (ad quæ in via ſtrata facile impingitur) interijcit. De quo genere ſcandali conſule (pie lector) Auguſtinum de cõflictu virtutum & vitiorum. Dum enim callidiſsimas ſuggeſtiones vitiorũ ſolutioneſq; virtutum redhibet vno libro 28. capitibus longè beatiſsimum mundi dialogum reddidit. Inter cætera (vbi inter amorem ſęculi & patrię cęleſtis certamẽ eſt) Amor (inquit) ſæculi dicit, Quid pulchrius? quid honeſtius? quidve poteſt eſſe delectabilius quam quod in præſenti vita quotidie cernimus? ô quam mirabilis cœli camera in aere iucundo, in lumine ſolis, in augmẽto lunæ atq; defectu, in varietate ſtellarum & curſu? Quam oblectabilis terra in nemorum floribus, in fructuum ſuavitatibus, in pratorum rivorumq; amænitatibus, in ſegetum culmis luxuriantibus, in vinearum vitibus & botrionibus in ſilvarum vmbris & planis exitibus, in equorum & canum curſibus, in cervorum & caprarum ſaltibus, in accipitrum volatibus, in pavonum, columbarum, turturumq; pennis & collis, in domuum pictis muris & laquearibus, in organorum omniumq; muſicorũ tinnulis cantibus, in mulierum venuſtis aſpectibus earumq; ſupercilijs & crinibus, & oculis & genis, gutture & labijs, naſo & manibus atq; extrinſecus adhibitis auro & gemmis diſtinctis monilibus, &c. Hic S. Pater qui pro ſuo more contrariam virtutem reſpon-

ſpondentem contrariæ vitioſitati facit. Amor (inquit) patriæ cœleſtis reſpondet. Si te iſta delectant quæ ſub cœlo ſunt; ſi carcer ita pulcher eſt: patria civitas & domus qualis eſt? Si talia ſunt quæ colunt peregrini: qualia ſunt quę poſſident filij? Si mortales ac miſeri talitèr in hac vita remunerati ſunt; immortales & beati qualitèr ſunt in illa vita dotati? Quapropter recedat amor præſentis ſæculi in quo ſic nullus naſcitur, vt non moriatur: & ſuccedat amor futuri ſæculi, in quo ſic omnes vivificantur vt non deinceps moriantur, vbi nulla neceſſitas turbat, nulla adverſitas auguſtat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis fœlicitas regnat. Si quæras quid ibi ſit vbi talis & tanta beatitudo perſiſtit, aliter dici nō poteſt, niſi quicquid boni eſt ibi eſt, & quicquid mali eſt, ibi nunquam eſt. Quid (inquis) illud bonum eſt? Quid me interrogas? A propheta & Apoſtolo definitum eſt. *Quod oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparavit Deus diligentibus ipſum.* Ad hanc fœlicitatem multis ſæculi divitijs conſtipatus, David anhelabat cum diceret. *Quid enim mihi eſt in cœlo & quid volui à te ſuper terrā?* Dulcibus regalibus dapibus abundans dicebat. *Satiabor cum manifeſtabitur gloria tua.* Et rurſus. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* & adhuc. *Hei mihi incolatus meus prolongatus eſt* Hinc (vt Paulus ait) *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Multo enim meliùs hæc ille, & pręter hęc non pauca. Nam vnivero ſo libello non tam eleganti quā vtili περσωποποιίᾳ vitijs atq; virtutibus voces fingit. Opponentes ſunt vitijs, reſpondentes virtutes, vt exinde quaſi ex penu depromas, quæ linguę inſuſurranti, ſuggerenti, inſtimulanti, malignanti reſpondeas. Quare ſitim tuam S. ille Pater qui plura de ſcandalis (quæ verbo fiunt) deſideras adimpleat. Dictum eſt enim ſcandala privata aut verbo aut facto fieri. Vt igitur ſcandala (quæ facto fiunt) auſpicer, reminiſcendum erit ſcandala non ipſa facta eſſe aut ipſo facto lædere, ſed è factis oriunda

& (vt Dialectici loquuntur) per inſeperabile accidens cũ factis coniuncta, vt non deſint mala quorum ſunt propriæ paſſiones & quibus tantum non propriè quarto modo cõpetunt. Maxime autem emergunt ab his quæ corruptelis certioribus innituntur, quales ſunt largitiones munera in manum vel ſinum data, fœnerationes, proditiones, ambitiones, aſſentationes. Iugurtha cum Adherbalem & Hyempſalem filios Micipſę Numidiæ regis regno diſturbaſſet, Adherbal poſt necatum Hyempſalem apud ſenatum populumq; Romanum iuſtiſſimam invidiam conflaverat. Sed enim muneribus atq; donis Iugurtha obtinuit vt reflecterentur & declinarent ad Iugurtham. *Nulla fides regni*, ſolus Iugurtha regnat Numidiæ. Huius vox eſt. *O vrbem venalem & brevi perituram* ſi emptorem invenerit. Scitum ſit acroama quærentis an Aſinus onuſtus auro penetrare poſſet fores munitiſſimæ civitatis. Nõ dubitatur enim quin (ſi penetrare poſſit) vrbs ſit peritura. Iuxta intempeſtivè quam malè ominemur. Ferro non auro vita vtrinq; cernatur. Vẽduntur auro vrbes, oppida, villæ, ſcholæ, viri, mulieres pueri, dantur in auctoramentum ſceleris munera. Hinc Catelina multos ſibi fidos & obnoxios habet domi, & Iugurtha foris. Quarum traductionum & ſcelerum contagiones cũ auctoribus nunquam ſepeliuntur. Ex quo difficile dictu eſt an ipſo detrimento magis quam corruptela noceant. In iſto delictorum aut delinquentium numero ſtrictè admodum inter nefas, corruptelam & ſcandalum ſecernendum erit, Haſta Syllæ, dominatio Cæſaris, Antonij audacia quoad ipſos ſcelera fuerũt; In aliquot Romanis qui ſpe auctioris fortunæ tantorumq; commodorum tantas importunitates ſequebantur, corruptelæ fuerunt: In illuſtribus viris qui auctoritate & bonis emuncti ſibi mortem conſciſcebant, vel nimio dolore contabeſcentes à rebus gerendis abſtrahebantur, nedum in his qui nexubus malis atq; legibus iniquis primum inviti deinde etiam faciles & volentes

pa-

parebant, scandala fuerunt. Nam fracti nimijs iniustitijs & vertũtur in hostes, & proficiunt in peius. Enimvero tractu temporum non seruituti solum, sed iniquitati etiam legum malis institutis atq; moribus subijciuntur. Cæterum hæc vt nimis antiqua & satis publica & nimis famosa vel attigisse suffecerit. Fumosis vt priuatis sic & fructuosis malumus insistere. Ad illa iam venio quę humilia sunt, nostra, et quę vita cõmunis novit. Vt igitur ex nucleo vermes, sic ex singulorũ peccatis scandala scaturiunt: eaq; non in foro solũ vbi emptiones, locationes, conductiones vigent, verum etiam in omni consilio, auxilio, negotio vigent. Aula, mercatura, militia, roga, schola, camera, rus, civitas, faciendo, ferendo, connivendo, condonando, docendo, discendo, prę scribendo totum orbem adimplent corruptelis & scandalis. Neq; enim res gestæ, aut actiones ipsæ per se simpliciter offendicula modo sunt, aut faciunt, sed à visu & auditu à modo rerum gestarum atq; adiacentibus, à vita deniq; ipsa & moribus quibuscum versamur scãdala & dantur & accipiuntur: quæ S. Chrysostomos vt diuinius sic altius excutiens, Cogita (inquit) quantis illi digni sint supplicijs, quandoquidem non solum sibi ipsis inextingui bilem ignem coacervant, sed & alijs auctores sunt, vt in errore perseverent, & ne virtutem addiscant; obthurant aures & adhuc in causa sunt etiam vt virtutum studiosi accusentur & reprehendãtur & (quod omnium grauissimum est) ipse dominus blasphemetur. Vnde saluberrimis cautelis admonet (id quod exorsus est huius thematis) ne vni de pusillis qui in domino credunt offendiculo simus. Numero & pondere digna sunt quæ hoc loco pater longe omnium sanctissimus coacervat. Quatuor autem sunt vel ad summum quinq; quæ numerat, quorum primum est Gehennæ metus, illis qui in origine offendunt, secundum est erroris irritamentum, tertium virtutis obstaculum, his qui offenduntur, quartum redarguntio & despicatus sanctorũ, quintum blasphemia.

Chrysost. Hom. 7. in Genes.

Iam vero vt à metu Gehennæ discedatur, vel nomen domini blasphemari, vel cuiusquam virtutem impediri, vel cursum pietatis despicatui haberi, nec multum abest ab eo quod dominus vetat in evangelio, & idipsũ est quod vniverso hoc sermone persequimur. Hic ab hospite vt ab hoste, ab amicis popularibus propinquis plusquã ab inimicissimis ijsq; qui arma contra ferunt est reformidãdum. Estq; inspiciendum imprimis in eos omnes puta contribules, aut contubernales quibuscum virtutis aut vitij, erroris aut honesti causæ vel rudimenta existunt. Quomodo enim non delinquitur graviùs vbi dicta audiuntur, & facta videntur & vitæ in exemplum trahuntur fortiùs? Dominorum parẽtum, amicorum vitia pro virtutibus habentur. Plusquam cathedra Mosis prævalet apud suos trypos senis. Plusquã Apostoli & Prophetæ sunt apud nepotes patrueles, avunculi, amitæ, materteræ, maiores natu fratres sorores, affines; vt in republica, & Ecclesia, immo vero in omni societate valedicendum sit potius proximis & iustis de causis charissimis quam hostibus aut peregrinis à quibus cum Scipione fortitudinem: filiabus & nuptis quæ in sinu iacent, quam maledicis mulieribus (modo in eisdem mœnibus ac non parietibus contineantur) à quibus cum Socrate patientiam, desideratissimis quorum in suavitate oblectatur vita, tua, quam inimicissimis à quibus cum Diogene veritatem hauseris. Amicus est alter idem, frater ferè alter, Cedo autem quem locum habitura sit veritas vbi (vt inquit Perseus) vncta patina vivitur, vbi carni & cuti, gulæ & crapulæ indulgetur. Amicorum omnia communia, Domus, ager, mẽsa, torus convivium, atq; (vt brevit èr dicam) vinum atque mulieres. Simul regunt & regnant, simul epulantur & venantur, simul ludunt & lædunt. Nihil enim tale fit sine socio. Atq; his virtus (quæ alijs læta est) lętalis existit. A qua virtute reformidat hostis, venerantur peregrini, boni lætificantur, ex ea fontem atq; causam derelictionis & despica-

tus

tus ſui ducũt. Quod bonum ſalix fauſtũq; futurũ ſit, quod vitę vniverſo: ũ ſalubre aut ſalutare, id parũ inclytè aut integrè fratri aut familiari fieri autumãt, quorũ nemo fert familiariter, immo nõ incleméter quod eſt è republica, niſi etiã è privata ſit futurũ: hi ſunt qui fidei & zelo; hi ſunt qui virtuti pietati obſtaculo & ſunt & fuerunt. Hinc Patriarchæ ſuũ Ioſephum verſicolorem. Saul atq; Michai, hic pater, illa vxor belligerantem & ovantem Davidem: Ieremiam concives & viri Anathot Prophetantem: Danielem principes atq; ſatrapæ orantem auſpicantemq; verſus Ieruſalẽ. Hinc ipſum dominum & fratres & qui ad ipſum attinebãt, nec non & Apoſtoli morti appropinquãtem non pertulerunt. Hinc impegerũt ad ſanctũ Iobum, Eliphaz, Byldad & Sophar & ita impegerunt, vt principijs ſed male intellectis innitentes, tantum non ex Iobo Ionam per profundũ maris, per molam aſinariam per ventrem cæti effecerint. Atq; hi tres amici Iobi perhibentur: quorum amicitia ſi ſatis æruminoſæ & ominoſæ fuerint, ſingulorum amicitię quo tandem evadent? Quo propinquitates, nativitates, parentelæ propagationes, affinitates? Quocirca Divus Auguſtinus in epilogo libri ſupra citati, ſatagẽdum eſt (inquit) vt vbi quis fuerit, iuxta perfectorum regulam vivat, non parentum, nõ propinquorum non affinium illecebris à via decliner. Sic certe iuxta ſervatoris ſententiam patri matriq; fratribus ſororibus vxoribus, filijs, domibus agris & cunctis quæ poſſidet renuntiare valebit. Ex quibus omnibus effectum eſt nullum hominum genus tam remorari, aut tergiverſari in vijs domini, quam amicos, contubernales, propinquos, familiares, affines cognatos &c. Nihil opus eſt paradigmatis aut exemplis ad hanc rem quam paro. Vſum vitæ ἕξιν mundi citamus. Ad hiſtorias antiquas & rerum teſtimonia, teſtes temporũ, vitæ documenta, dictorum factorũq; lumina non reſpicimus. Non ſunt ad lucem lucernæ: non ſunt ad aquam aquæ: non ſunt ad ſaltus ſilvæ afferendæ. Inſtar

omnium ſit vnus Noah cuius vinũ à diluvio cum omnibus patribus familiarum, tum ipſis patentibus & poſteris, parẽtelis & vſq; in infinitũ, in cautelam & ſalutare rudimentũ proponimus. Cedò enim de ebrietate vel quavis claudicatione veſtra qui patres familiarum vel patres eſtis an nihil lucri aut dãni aut offendiculi ferẽt, Hem Cham & Iaphet? Quid cæteri aut filij aut famuli inſpectantes mirantes murmurantes, ſimulantes, irridentes, blaſphemantes? Quare non ſolum principes & rempᵘ gubernantes: ſed rectores ſinguli publica immo pro duplici perſona laborant, vt rectiſſimè Divus Bernardus non tam Eugenium papam quam teipſum elevatum admoneat dicens. Altiorem locũ ſortitus es ſed non tutiorem; ſublimiorem ſed non ſecuriorem: & haud ſcio an non rectius S. Chryſoſthomus. Miror ſi quis rector ſervari poſſit. Nam quod ſecat Auguſtinus aliud eſſe officium regis, vt rex aliud hominis vt homo eſt, id latiùs patet. Eſt quiſq; rex nec non epiſcopus domi ſuæ. *Qui bene præſunt in omni ſorte duplici honore digni ſunt*, qui malè duplici onere. Quocirca omnem dominationem ſive magnam ſive parvam inter ſcandaloſa facilè ponimus, vt non niſi ominoſum futurum ſit omni ſocietati vbi ſervi, pueri aut mulieres imperitent. *Vidi* (inquit Salamõ) *ſervos dominantes, & principes ſervientes*: Hos quis non viderit ferocientes potius quam gubernantes perinde quaſi vt ſcitè Saluſtius iniuriam facere id demum eſſet imperio vti. *Væ vobis qui alligatis onera gravia & portatu difficilia, ipſi extremũ digitum non admoventes*. Mola ſi ſuſpendatur ijs qui puſillũ in fide offendunt; quomodo non ijs qui non offendunt modo, verum etiam ad omne opus bonum enervãt & debilitant, ipſa Gehenna patebit? Satis feſtiva ſono ſed perpeſſu dura vox eſt comici adoleſcentis (ſi tamen non verè adoleſcentuli atq; miſeri.) Iſte verberando, ego vapulando ambo defeſſi ſumus. Puſilli curæ ſunt domino. De puſillis igitur hoc eſt, puſillis, diſcipulis, adoleſcentulis, pueris que-

reat

rela fiat. Eſt enim vllum hominum genus tam inveneſtum aut infortunatum quam quod fuſte, virga baculo, pugno vel pugna opprimitur? Dices ne te de anima licet non de corpore ei qui tibi curæ eſt, proſpicere? Siccine illa queatos iuveues, dehoneſtatos ſenes, ſobrinos conſobrinoſq; turpificatos, irritatos fratres, amaricatas ſorores, adeoque huius luctuoſę tragediæ actores, vitam morte graviorē ducentes in triumphalem currum evehetis? Perinde quaſi (vt imiter Saluſtium) corpus peſſumdare id demum eſſet animam curare. Nullus erit inter te & Deum iudex? Non dicet pater? Red de depoſitum. Dominantem lugurtham dominandi libido invaſerat. Adeone enim es ferox qui imperium geris in pueros, vt non mater tibi regerat, ſerva depoſitum, nō frater, cura depoſitum. Sola ne illa, vox movet formidoloſiſſima & vltima? *Redde rationē οἰκονομίας: non enim poteris poſt hac fungi diſpenſatione.* Verè eſt dominātium & intemperantèr imperio abvtentium quid parentes, amici, fratres, propinqui eius (qui ſub ferula eſt) ſenſerint, aut quantam iniuriam hauſerint nihil penſi habere'. Siccine vt dominorum, ſic didaſcalorum & in quavis fortuna regentium, iuxta imperiale decretum in pupillos, diſcipulos, ſervos, poteſtatem illibatam eſſe oportet? Non eſt virga, virgo inexplibilis eſt ſævities, implacabilis libido, itaq; prædicādam libidinem, prædicandam ſævitiem putavi. Nam dum ſimile faciunt ſimiles, dum quales domini, tales dominæ, dum qualia pupilli & diſcipuli, talia ferant famuli & famulæ; quid ni in profanis dominis & dominiſſis libidines tyrannideſq; vigeant & valeant: quid ni in ſervis & ancillis vulnera & funera creſcant; cogit ad opus lateritium Pharao Iſraelem. Nefaria vox illa fuit ad affligendum populū Dei pertinens. *Moſes & Aaron, Ite ad onera veſtra.* Et adhuc *Vacatis, vacatis & ideirco dicitis ſacrificemus Deo veſtro.* Hoc, licet ab impio rege dicatur, luculentèr tamen dicitur, pulchrę enim ſi quod in moleſtum dixit in malum dixiſſet. Nā

si quod Mosi & Aaroni exprobavit, id contumacibus vt perduellionis reis exprobasset, vacatis vacatis & idcirco arma sumitis, vel si non Pharao, non rex, sed magistratus vt publicus pater si pater, si dominus, sic civibus affectis, servis filijs suis ex probet, vacatis vacatis & idcirco ludritis & læditis, merito collaudentur. Otium omnes malas artes edocuit, vt non sit ignobile carmen.

Otium Catulle tibi molestum est
Otio exultas nimiumq; gestis
Otium reges simul & beatas
perdidit vrbes.

Enimvero otium pax divitiæ, amænitates, gloriæ, victoriæ, fereq; omnia quæ ἀδιάφορα dicuntur, facilè offendunt. Scite Salustius. *Secundæ res sapientũ animos faeigant.* Rectiùs Apostolus. *Qui volunt ditescere incidunt in tentationem & laqueum & & cupiditates multas, stultas & noxias quæ demergunt homines in exitium & interitum*[1]. Coincidit denuo Salustius. Quid ea commemorem qui nisi eis qui videre, nemini credibilia sunt, à privatis compluribus submersos montes, maria constrata esse, quibus mihi videtur ludibrio fuisse, divitiæ, quippe quas habere honeste licebat abvti per turpitudinem properabant. Et rursus. Vbi ex divitijs iuventutem luxuria atq; avaritia cum superbia invasere, rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere, pudorem atq; pudicitiã divina atq; humana promiscua, nihil moderati habuere. Neq; vero mihi silentio sepeliendum erit quod vt egregium ita huic sæculo tempestivum narretur. Huc accedat (inquit) quod Lu: Sylla exercitum quem in Asia ductaverat, quo sibi fidũ faceret, contra morem maiorum luxuriosè nimisq; liberalitèr habuerat, loca amæna, voluptuaria facilè in otio militum animos feroces molliverat: Ibi primùm insuevit pop: Romanus amare, potare, signa tabulas pictas, vasa cœlata mirari, ea privatim & publicè rapere, &c. Hæc adeo omnia ex nimio otio fiunt. Nam ex otio divitiæ, ex divitijs luxuriæ, ex luxurijs voluptates,

[1] 1. Tim 6.

tates, ex voluptatibus ebrietates & crapulæ, ex his audacię, lites bella gloriæ victoriæ---*bene potus fortis Achilles.* Traditur fama (sic enim ille Patavinus) Gallos dulcedine frugum, maximeq; vini novi voluptate captos, Alpes transisse agros ab Hetruscis antè cultos possediſſe, & invexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa. Patetne vt ex optimis rebus (si non sit cautela) gravissima scandala oriantur? Loca amæna & voluptuaria, frugibus atq; vino affluentia, transitum ascensumq; super Alpes illiciunt. Hinc imperiũ Gallis dilatatum, Hetruscis diminutum; hinc nova tellus, agri limina, pomæria. Belli gravamina præcedẽs libellus cõtellatur. Nunc de pacis offendiculis. Scipio bella Romæ quã pacẽ conducibiliora differuit. Ex his enim fortissimos viros de virtute certare, ex hac vero torpescere & hebescere cæpere. Satyricus Poeta ecce vt garriendo vera dixerit.

Servabat castos humilis fortuna Latinos
Quondam, nec vitijs contingi parva sinebat
Tecta, labor somniq́, breves & vellere rhusco
Vexata duraq́, manus ac proximus vrbi
Hannibal & stantes Collina in turre mariti
Nunc patimur longæ pacis mala, sævior armis
Luxria incumbit, victumq́, vlciscitur orbem
Nullum crimen abest facinusq́, libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit. Latet paulo minus conflata ex paupertate Romana, pulcherrimarum virtutum catena & colligatio. Nã ex humili fortuna sudor, ex sudore chastitas, ex chastitate virtutũ fuga, hinc somni breves, ex his horror Hannibili & robur Romæ accreverunt. Neq; tamen in paupertate virtus inest, sed nec in divitijs vitium. Nam probẽ ille Chremes Terentianus. Parentes, patria, amici, genus, cognati divitiæ, perinde sunt atq; est illius animus qui ea possidet. Qui vti scit ei bona sunt: illi qui non rectè vtitur mala. Veruntamen nisi quis improbè (quòd continuo audit & videt) diffiteatur: ex glorijs, opibus, victorijs, citius

quam ex ignominijs, ruinis indigentijs, scandala cum sibi metipsis tum cæteris oriri contestetur. Omissis famosis & externis redeamus ad Paulum, *Incidunt* (inquit) *qui volunt ditescere in cupiditates, multas stultas & noxias.* Decollatur ad psaltriam Io. Baptista quòd saltaret illa aut psalleret elegãtiùs, laqueo suffocatur Hammon non quòd displiceret reginæ sed dum mensa fit in laqueum per noxiam cupiditatem Festum agit Laban & congratulatur convivis suis, sed enim ex isto convivio 7. annos servijt Iacob perinde ac si per huiusmodi convivia nõ hodie & vbiq; Iacobo onus imponatur. Scisciter enim num Iudæus est Iacobus an Cananæus qui servit aut cui onus imponitu? Immo vero dicitis, servus est natura iste, hic vasto corpore, mente angusta, insipidus & excors ille, & si de muliere quæras, *Hagar servit cum liberis.* Adhuc insto an in iubilum vel in septennium vel in annum, immo vero in mensem aut septimanam? Gravẽ enim septimanam omnes dicamne iniustitiæ & tyrannides immo vero inquam omnes ferè nuptiæ addo etiam convivia, & hospitia in servos conijciunt: In fœlices vigilias, insomnia, æstum & aeris & ignis. Nam quæ tandem tædia decoquunt qui coguntur coquere, assare, lixare, pinsere, vstulare? Quos aeres qui pernices sunt, vt volatilia & quadrupedia, adeoq; bestiæ quæ cicurantur aut sunt feræ natura capiantur excorientur, dilanientur? Quos sudores (quod Gibeonitis in perpetuum dedecus inustum est) qui cæsores lignorum, & haustores aquarũ fiunt? Atq; his nulla vis à coniugatis sed neq; ab hospitibus infertur. Apparetne igitur vt lusus & luxus (etsi nihil feceris) offendicula generent. Atqui Gibeonitæ nunc nulli sunt. Iam qui est servus fit libertus domini. Nemo tibi vilis, nemo ignobilis. Ab vno patre omnes fratres, ab vno domino omnes servi & conservi sumus. Quæro enim, cui patent portæ cœli? Nam nobiles rex recepit, humiles domitus, porro viros ingenio satis liberali, fœminas forma & ætate validas hospitijs alijsq; contuber-

nijs

nijs & congreſſibus ignominia aſpergitis. Vbi nihil tam obſcænũ eſt, nihil tã oneroſũ, nihil tã inhoneſtũ quod nõ ſubeãt quo invitati vel invitatę honores ſentiãt atq; voluptates. Enimvero quibus mola aſinaria debetur? vobis ſcilicet qui tale ſatellitium ſuſtinetis, an hoſpitibus qui tali obſequio irretiuntur (nam ferijs tantum non perpetuis fruuntur) an ſervis & ancillis qui veſtris honoribus & ſuis doloribus vſq; adeo invigilant, vt per eruditates inſomnia, vilitates eos qui infimum locum ſervitutis tenent, vix ædes vllæ, vix vrbes vix templa recipiant? Valde eſt ignobilis quẽ non recipit templum. Noſtrane illa vox futura eſt? Poſt tantam lucem execrabiles ſunt iſti quia legem neſciunt. Quod enim ad hoſpites & convivas attinet, ſalibus nimirũ & facetijs menſas (qua eſtis vrbanitate) aſpergitis. Ego autem inſto è tribus qui minus idonei ſacris fuerint? vos quibus tale hoſpitiũ voluptati eſt & curæ, an hoſpites qui cutem carnemq; bene curant: qui non aliud altare quam mẽſam, non aliud templũ quam tectũ cogitant; An ſervi & ancillulæ quibus fumos cũ culinis obtruditis vſq; dũ indigni vel (quoniam id duriùs dicitur) inidonei chariſmatis Dei & ſancto cætui habeantur? Hic ſi religioſi eſtis fit ſciſma; Altaria ſiquidem domi facitis. Si generoſi fit delictum: ſacra aut templa prorſus inviſuri non eſtis: ſi nihil egregiè præter cæteros ſed omnia mediocritèr fit ſcandalum. Inviſible nimirum ſed immedicabile infligitur vulnus Eccleſiæ Dei cum palatia & tecta pro ſacellis & templis frequentãtur. Ex quo fit Epicuriſmus, non enim dicam Ethniciſmus aut atheiſmus. Hinc enim non modo cætus Chriſti nomine congregati deſeruntur, ſed qui ſacerdotes tetrici, qui ſenes auſteri, qui theologi ſeveri, qui eruditi triſtes, qui boni hoſtes, qui religioſi Phariſęi, qui pij Scribę, qui ſagaces hypocritæ videntur. Cadunt ideirco dum domus Dei cadit domeſtici ipſius. Vbi enim exilium eſt ab eccleſia, ſive iuri ſive vrbi obtineat, ibi inſequetur cum Eccleſiæ tum Ec-

cleſiaſticorum non faſtidium modo, ſed odium etiam atq; ſepulchrum. Ruri die ſabbati preſertim ferijs equos ſuccurſatorios, canes venaticos, accipitres pernices non in ſacella, niſi generoſiſſimi ſint, auct biter vel improviſo fiat, ſed per montivagos ſilveſtreſq; curſus, mira ſpurcitie in ædes introducunt. Profanatur ſabbatum, violatur prima tabula decalogi, ſed non ſecunda. Non enim mæchantur aut furantur ſed ſex diebus feriantur & ſeptimo operantur. Ad hos cum exleges ſint, valde ſcandalizantur infirmi: quos tamen nihil opus eſt exemplo domini Ieſu vel finibus ejicere. Nihil enim tam expetunt quam perpetuum ab ecclesijs exilium. Iam vero non eſt in omni agro omnis herba: vrbs in cane, equo, accipitre, non pariter offendit: Hic in cænis, ſymbolis, convivijs, ſunt lautiores. Vrbanis nihil videtur offendere, quod placet. Quibus ſervi: Gaudeo ſi quid feci aut facio quod placet Simo. Quid ſit offendere & ſatis cognitum eſt & ſupra definitum. Interim nullum genus hominũ vel tam impedit bonum vel tam incitat malũ, quã qui id agunt vt placent aut placeant. Vt autem de cænis ac ſymbolis civium & in genere vrbium dicatur: Epaminondas princeps Græciæ præclarè fidibus cecinisſe dicitur: Themiſtocles quòd in epulis lyram recuſaret habitus eſt indoctior. Nam fidibus canere appetunt cives, hoc eſt Muſicis delectantur, æmuli Epaminondæ horrent Themiſtoclem. Nihil enim inſulſius, nihil inhumanius his videtur qui ad menſas impinguot. Hanc incuriam vel inſcitiã in ſe ſuiſq; ſic declinant, vt cõtra ſe ſuoſq; ornent & armẽt. Atq; hoc ipſum in præclariſſimis civitatibus adoleſcentulorum & virginum ſit ruinæ & lapſus occaſio: vbi cum optima hæreditas ſit virtus tradita liberis nec non (cum ætas ferret) pædagogia, per catacheſes, cæteraq; religionum elementa vel columina, inſtar pietatum, virtutum, religionũ, vrbanitates ingenuitates, aptitudines, morum concinnitates quæ ſodalitia & contubernia, ſed quæ maxime decorãt.

men-

menſas & convivia, edocentur; vt ad omnem laudem matureſcentibus adoleſcentibus non tam religioſum quam decorum; in fœminis forma atq; indole præter cęteros eximijs, nõ tam laudabile quam plauſibile ſpectetur, vt religio ſit grandævis quin & legi atq; cõſuetudini, & gratos & gratas potius quam probatos & probatas evadere. Imperãtem reliquerat Epaminondas Lacedæmonijs patriam quã invenerat ſervientem. Itaq; non honori Epaminondæ citharа fuit, ſed Epaminondas citharæ. Muſici floruerunt olim in Græcia: diſcebant omnes, nec qui neſciebat ſatis excultus doctrina putabatur. Itaq; illa laus nõ eſt viri ſed tẽporũ illorum. Vt autẽ de Muſicis alias vel ab alijs dicatur: de Epaminonda refero & Themiſtocle. Quod ſi hic malus conviva fuerit, iſte bonus, neq; Themiſtocles ignobilis, neq; inde Epaminondas clarus extitit. Interim vero cum viri tum mulieres deſiderentur qui vel quæ non appetunt convivium vbi muſica adhibentur & vinum vt præ hoc amore, non Homerum etiam (non enim Epaminondas & Themiſtocles à ſingulis curantur) excludant. Quę vero eſt hęc intemperies? Quę tam inſolens audacia? quæ talis libido, qualis inſcitia, quanta incuria, quę vel Themiſtoclem vel Epaminondam indignum aut indoctũ putet, ſi convivijs parum idonei inveniantur? Atq; hic liceat interitum theologiæ, in nuptijs, hoſpitijs & feſtis deplorare. Sordent enim in his ſingulis theologi. Non interſunt modo convivijs præſertim illis quæ obvia ſunt & ſobria (dixerit quis) ſed etiam præſunt: Equidem reſpondeo præeſſe ſed non intereſſe & hoc quantũcunq; eſt quod præſint aliunde potius quam à theologia petijſſe. Theologus vrbanitate eruditus multarum rerum vſu edoctus, liberaliſſimis diſciplinis inſtitutus, filijs ac filiabus auctus, ingenio eloquẽtia honore præpotens, præeſt fortaſſe vni aut alteri convivio quotannis. Quis autem det vt theologi præſint convivijs vt mulieres, mulieres vero interſint vt theologi? Quo

fieret vt obtineret quod refert Tertullianus vt cœnæ non tam cœnæ quam disciplinæ haberentur. Atq; de convivijs plura non dicam. Nam qui lusus & luxus, quæ visibiles invisibilesq; sequelæ ac ruinæ exinde immineant nihil attinet dicere. Nova de veste (quæ & ipsa certissima offendiculorum materies & origo est) texenda oratio fuit quam vt nimis prolixam tanquam novam arborem novæ terræ seminandam atq; inserendam relinquimus. Interim quoniam theologos (quos mundus perinde ac vos complectitur) nō excluditis, videte ne novellas plantulas quæ nondum ad remp. vel Ecclesiam accesserunt, quibusdam quasi stillicidijs invndando supprimatis. Cavete ne (quod de Sex: Roscio dicitur) alātur modo ad villā, acsi satis sit si de alimētis & elementis illis prospiciatur. Videte amabò ne vigeant, ne floreant, ne in senatum veniant, ne in forum, ne rostra, ne suggestus conscendant, idest, habentes quibus tegantur & vescātur his cōtenti sint. Parcite vero parcite honori & prudentię vestrę. Quod hac luce, quod hoc spiritu cœli fruātur, nō vestræ amplitudini neq; sapientiæ, sed divino præsepi ac penui grati sint. Interim si pedites equitent, & equites humi repant si insipidi sapiant, intelligentes desipiant, si debiles firmentur firmi debilitentur, si milites paci, pacifici militiæ præsint, hæc prævidit Salamon, hæc ex necessitate eventura prophetat dominus. Cæterum *væ* per quem vel per quos *væ* per quam vel per quas sic omnia aguntur retrorsum sic ruit cœlum, sic susq; deq; summaq; imaq; verruntur, sic currus trahit bovem, sic anser capit leporem sic à cœlo ad cænum (vt loquitur Tertullianus.) Itane enim quorum vis nulla est nisi ad mundum & ea quæ sunt mundi, nisi ad nuptias & convivia, nisi ad folia ficulnea, vel (quod est ominosius) ad vana huius sæculi fundamenta, nisi ad equos, canes, ædes, postremo mulieres; hos regere & regnare, hos volitare in foro, hos ad gubernacula cuiusvis reip. sive magnæ sive parvæ sedere: eos autem qui matures-

cureſcunt ad pietatem, qui habent (vt Paulus loquitur) charismata potiora, vel ab ipsis cunis adiumenta naturæ, ad arcendas ferocitates ad comprimendas avaritias, ad compescendas irritationes & tentationes ad malum, deniq; sūma licet non assequutos eritentes ad mediocria (quorum est zelus, fides, spiritus humi iacere, delitescere, vilescere, reiectitios fieri) latebras, tenebras, angulos quærere. Nihil est (Deus bone) iniquius quam civitatem Dei super montem ponendam prævidere, ne extruatur omnino: Nihil tene- Luc. 8.
bricosius quam lucernam quæ domui, domui (inquam) Dei præluceret vasi, lecto, modio dijudicare. Quam enim mæticulosi sunt plæriq; quam timidi, ne lux domini (si forte adhuc in cinere sit) erumpat in flammrm, ne in vulgus exeat & præluceat? Quibus hoc ipsum lucernas post Io. Baptistā ardentes esse molestum est atq; invisum. Tenebras sine lumine alit mundus, dum nisi absente hac luce, nec dignitatibus qui sunt cū honore, neq; consilijs prudentissimi virinec salibus atq; eruditionibus exculti ssimi, immo vero inquam non tranquillis negotijs ruri vrbi ve degentes per fruantur perinde quasi vt lucernæ ad solem, sic ista rerum egregiarū lumina ad hanc lucem non flacceſcant aut vacillent. Quominus est mirū si dilectores mundi huius solem domini obnubilatum postulent, adeoq; exoriente die filij hominis in squallore sint luminibus ac lucernis suis, vt pote à natura fortuna vè tributis, re quidem vera, & nobi & nocti cōgaudentes & congratulantes. His (si tamen eos bene novi) tecta quam templa, palatia quam castra gratiora sunt & semper fuerunt, quos cum vniversa ista cohorte domi militiçq; otiosè viventium tria ista subdola mundi scandala coniugia convivia, hospitia mirè labefaciunt. Hæc tria mihi supra inventa sunt, vel potius non inventa reperta sunt. Animadverti enim sæpe ex his tribus & præsentes & absentes scandalizari. Absentes dum incalescunt, amaricantur, invident. Præsentes dum insolescunt, rident, rudent, hinniunt exul-

cant,

tant, ludunt lædunt. Ex his queror excluſam theologiam. Vbi vero regeritur non tam intereſſe, quam præeſſe theologos, quæro vt ſupra (quoniam à portu non procul navigamus) de novellis plantulis, de puſillis in fide, addo & zelo percitis, an interſint. Nihil eſt enim tam perſpicuum quam violari nuptias hoſpitia, convivia, ſi interſint. Sed & queror preſentibus adoleſcentibus, immo filijs ac filiabus ſuis, excluſos patres ſenes, ſophos. Nihil enim priſcum, nihil rugoſum, nihil triſte admittunt. Offendunt etiam res minutiſſimæ viſu ipſo atq; auditu, nulla vi illata, nullo impetu facto, vt cathedra, pax, otium, dignitas. Nam & à mediocritatibus ad dignitates, & à negotijs ad otia, à turbellis ad pacem & quietes, & à ſcabellis ad cathedras proclivia ſunt mortalium ingenia, & faciles μεταμορφώσεις. A quibus ſicuti ab vmbris propter fratres eſt abſtinendum, quandoquidem non ſolum ab apparentibus bonis, verum etiam à ſolidis & verè bonis, ne frater vulneretur conteſtante Paulo ſit deſiliendum. Neq; vero negligenda fama eſt & exempli corruptela cum conſtet opinione magis quam certa ratione vulgus hominum duci. Facilè porro quiſq; ſibi quæ alij faciunt, indulgent. Quæ vero faciunt hi qui (vt ille loquitur) antiquę ſunt virtutis & fidei, ea ſibi imperant & arrogant. Quocirca (vt Paulus monet) *providè paranda omnia honeſta & coram Deo & coram hominibus*, coram hominibus vt intelligatur vtrumq; viris Dei præſtandũ & vt boni ſint & vt nihil niſi bonũ de ipſis credatur aut iudicetur. Quod ipſum Divus Auguſtinus pluribus verbis de bono diſciplinæ cap. 8. prome ſic perſequitur. In hoc conſtet converſationis noſtræ ratio, vt boni ſimus, laborandũ vero ante omnia eſt, vt qui bonitatem ſequitur bonus eſſe iudicetur. Nã quamvis homo purum corpus immaculatumq; cuſtodiat, laceratam viam ad Deum portat cuius actus vultum infamat, licet ſciamus conſcientiam ſolam poſſe bonis actibus ſufficere. Sed quanto melius eſt vt ſemper de te bene

ſen-

sentiat, qui circa famam tuam vanis suspicionibus frequenter ægrotat? Insitum est enim naturaliter vulgo vt de bonis semper male iudicet. Sed tu qui curam bonæ famæ tolis, studio tuo gratiam integrę opinionis acquire. Vita ergo nostra sit lucida vt sit omnib⁹ nota, integritas religioni, pudor seruiat humilitati. Quem amor tenet seruandæ integritatis ante omnia falsi ad te famam non admittat erroris. Magnum est quidem & glorioſum & vſq; ad cœlum omnium ore proferendum, nunquam malis artibus locum dedisse; sed multo fortius est, nunquam falsis suspicionibus laborasse. Quid enim tibi prodest sobrietas si vitia ebrietatis exerceas? Quis te non ebrium iudicet si inter effluentes vino calices, saltantium gyros imiteris? Quis te castum putabit, si te viderit meretricum fabulis immixtum scenico sermone compositis, aut loquentem turpia aut inhonesta resonãtem? Laudo quidem conscientiam castitatis in te, sed odi colloquium meretricis. In quo loco dicat fortasse tibi aliquis: sufficit mihi pura conscientia. Certe quãtum ad innocentiam pertinet sufficit tibi soli pura conscientia, sed prouidendum est ne facilitate tua alter peccet, & alienũ peccatum in te redundet; iuxta illud quod dicit scriptura. *Væ illi per quem scandalum venit.* His quæ huc vſq; sunt in Augustino, Apostoli tria epiphonemata coincidunt, Quorum primum est. *Abstinete ab omni specie mala vel mali*: secundum, *Omnia mihi licent, sed omnia non expedient. Omnia mihi licẽt, sed omnia non ædificant*; tertium, vbi præcipit ne offendiculo simus vel Iudæis, vel Græcis, vel Ecclesiæ Dei; quæ mihi diutiùs diligentiùsq; excuterẽtur nisi viros nominis & publicos modo attingere viderẽtur. Quandoquidem igitur hũc calamum ad priuatos ex hisq; emergentia offendicula, accomodari facile patior, horũ obvia sunt & quotidiana scãdala, ex gaudijs ipsis & mæroribus, ex novis vel assuetis (licet solida bona vel mala non inportentur) oriunda: quibus ipsis supra modum aut efferuntur, aut æstumnantur.

1. Thess. 5.
1. Cor. 10.

Creditur Chilo expirasse præ gaudio, forte quod tres filios Olympiacos haberet, scitè illud. Morere Diagora, nō enim in cœlum ascendes. Satis diu vixerunt scilicet cum Cæsare vel ad naturam vel ad gloriam. Sint Græci in bello timidi, in morbo fortiores, sint barbari in morbo exanimati, in bello feroces; fama si quæritur, gētes, populos, si fructus, gentē & populum spectemus. Genti vero & populo ex ipsis sabbathis scandala creantur. Sabbathum idcirco novo nomine scādalum nuncupetur, si ob screatus & vomitus, pocula, & fercula, pictæ chartæ, & pictæ tabulæ celebrentur. Nihil hactenus dictum est neq; quicquam affero, si non cum sabbathis & ferijs res tetræ & horridæ certent, dū ab vtrisq; vt fatalibus & funestis abhorreatur. Licentiùs, iudice Augustino, laboratur diebus sabbathorum, quā iocis, ludis facetijs indulgetur. Maximè (vt inquit Seneca) ferijs imperandū est animo. Idest, ebrio & vomēte populo siccū & sobrium esse oportet; Vexatur anima Lothi ad nefaria scelera Sodomitarum. Vexantur piæ animę iustorum ad malorū spurcities in ferijs & Sabbathis. Nefas fuit immiscere fermētum Paschati. *Pascha vero noster immolatus est Christus.* Epulari, deliciari, nedum turpificari, fermētari est tum cum pascha celebratur; In panibus sinceritatis & veritatis, non versutię & malitiæ cum Apostolo epulemur. Domini dies est Sabbathum, videte vero vt etiam sit fratris. Vetat lex odisse fratrem, iubet arguere. Non dant otium sex dies arguendi, dat septimus. Omnia facta & dicta compunctiva & cum charitate coniuncta, & proximorum subsidia & Sabbathorum negotia resumite. Attendite qui ruri degitis sed & in raris & angustis locis, vocem clamantis in deserto. *Parate vias domini, rectas facite semitas eius.* Attendite vocem nunquam intempestivam, sed ferijs aptissimam; pœnitentias agite, resipiscite ad dolores & mærores, de peccatis compeccatores vestros & conservos revocate. Dolet Paulus ex parte quòd Corinthios

su-

suos ad dolores redegisset; nam *dolor qui est saeculi mortem parit, dolor qui est secundum Deum pœnitentiam non pœnitendam. Ecce hoc ipsũ* (inquit) *quod contristati estis secundum deum quãtum in vobis genuit studium?* Immo satisfactionem, immo indignationem, immo timorem, immo desiderium, immo æmulationem, immo vindictam. Ecce vestigia eccę scalę cũ quibus, diebus sabbathorum, viri Dei gradiantur, & scientur; quibusq; ad sabbatum cœleste ascendatur. Ex his post redintegratas vires vel potius irrigatas reditur ad assidua negotia & alacriùs & fortiùs. *Leo est in via*, dicit piger, ne sis piger vel corpore vel anima, sis vtraq; impiger & via strata & expedita vsq; ad cœlum gradieris. Vbi piger sis quæ monstra mundi visa sunt, ea vbi impiger, anima (inquam) impiger fueris, levia spectra, species, larvæ modo rerum vel horribilium vel implicatarum videbuntur. Nõ est, non est populus Dei sabbathis, pigritie atq; inertia corrumpendus. Non sunt voluntates, aut libidines cordis explendæ & satiandæ. Carne & sanguine pessimis consultoribus remotis interroga oculos fidei, & regna carnis & sanguinis quæ in suis ferijs triumphant, demolieris & pessumdabis. Iactura libidinum est acquisitio sanctimoniarum. Hæc dãna atq; naufragia in subsidia & authoramenta fiunt novi incolatus nostri & sabbathi cœlestis & sempiterni. Hoc sabbathum, hæc civitas, hæc communis omnium filiorum Dei domus est & patria, cui omnem viatorem in die quo tibi vacat destines & dirigas. In hoc itinere respondeat omni patri filius, omni domino famulus, omni pędagogo discipulus, *Ipra sequar. Habet* 12. *horas dies*; 7. *dies hebdomada. ambuletis, operemini dum lux est, nox vbi opprimit nemo saltem.* Nox imminet, declinatur ad vesperem, inclinatur ad perpetuum sabbathum. Interim optandum potius quam sperandum, vt sabbathis præsertim *serviatur domino cum timore, & exultetur ei cum tremore.* Porro superveniat sex dierum operi inviolabile sabbathum, & ô fortunatos nimium

agricolas, omnesq; adeo qui *in sudore faciei vescuntur pane suo*, Dicam equidem quod sentio (*sua bona non norunt*) sed tamē ea lege ut redhibeatur illis sabbathum iustum sanctum & suum. Iam vero si sabbatha plena veneno mortifera sint, & *va scandalosum* comminentur, quid est tandem de statutis temporibus eisdemq; diuturnis, puta, ferijs natalitijs festo, paschatis & Pentecostes sentiendum? Ad partum virginis adorant angeli, furit Herodes, pereunt bimuli, colitur præsepe, effulget stella, *gloria in excelsis pax terra hominibus bona voluntas* decinitur. Aurea sæcula sæculum somniat. Redeunt quotannis Saturnia regna, redeunt Bacchanalia, Iudaica, Ethnica, feriæ vbi obmutuerint, vt olim Ægyptijs pastores, sic abhominatio sunt mundo sacerdotes, senes, sagaces, severi, sobrij. In maximo honore sunt fœminæ atq; pueri, sed & in maximo honore post vnum diem quasi missæ aut aræ consecratum, 2. dies mulieribus & animos gerentibus, mulebres religiones addicere. At qui non docuit virgo aut partus Mariæ lunium, non docuit præsepe fastū non Ioseph⁹ ingluviem, non stella atheismum, non magi paganismum, non turbata Hyerosolyma Iudaismum, non excubantes pastores & angeli mensam, torum, victum vestitumq; superfluum, non choreas, aleas, diurnas nocturnasq; vigilias nocte dieq; voluptatē gignentes, non spectacula, non psaltrias, non saltus non cantica lasciva, non merum talos & tesseras & cætera quæ visu ipso & auditu concidunt & corruunt. Ecce vt scandalo fiat mundo ipse dominus, ecce vt omnes Apostoli. Ὀφείλει non vnius regni aut alterius, sed orbis Christiani. Dum enim miseri homines in ea sunt hæresi vt honorē Domino & Apostolis ex suo Marte effingant, atq; effingendum sentiant, primùm in ipsum Christum & Apostolos catholicam contumeliam atque blasphemiam, deinde in orbem Christianum molem vitiorum scandalorumq; invehunt. Neq; enim aveo huiusmodi effusiones, importunitates, imodestias ad regulas Ecclesiasticas

Ita. 14.

siasticas exigere. An liceat feriari, quęstio fortassis sit aliqua, an liceat vestro modo feriari quæstio sit nulla. Ne veniant in cætus vestros viri Dei: si veniant, vident & vincunt. Vbi sunt ostreæ illæ in quibus recondũtur nomina Athenis exvlantium? Nam mulctentur sane Ostracismo viri Dei, date libellos repudij viris & ministris domini. Ne intersint sacris vestris salibus facetijs delicijs luxurijs, sineq; facere scandalum, neq; pati velitis. Interim quo tandem pertinent ista tropæa, quæ vnctis Dei religio semper fuit vel fugare vel fugere? Duo prætetea sunt festa paschatis & Pentecostes: quorum alterum ex omnibus ævi temporibus sagacissimum, alterum placidissimum existit. Festum Paschatis sanctissimum sagacissimumq; videtur, in sancto honore est & cum clero & cum populo. Ad mensam domini vniversi cum viri tum mulieres accedentes sese incurvant cum ipse dominus ab omnibus advltis & editur & bibitur. Sciscitatur Cyrus rex Persarum à Daniele. *Annon* (inquit) *Bel tibi videtur deus vivus? Nonne vides quam multa comedat & bibat quotidie?* Non dissimile sciscitetur quis Cyrus hodie aut Persa de Paschate, annõ rite pieq; celebretur in quo ritu catholico & disciplina ecclesiæ omnes ad mensam domini edant atq; bibant. Penes Danielem sit respõsum eius. Equidem aliud si sabbathum, aliud si rem ipsam, aliud si convivas spectem, respondeam. Nam ex tribus festis quis non intelligit, hoc esse solertius & sanctius, sola vbi πράξις festorum spectetur? Res porro ipsa hoc est cœna sive εὐχαριστία, si animo observetur, quid est (Deus bone) tã cœleste, tam celebre, tam salubre? At vero de convivis si quæratur, invitus quisq; & non nisi obnubilata facie responderit. Non ex morbo animi loquitur S. Chrysostomus sed zelo & fide plenus rem ad vivum resecat, in alijs (inquit) tẽporibus, cũ puri frequentèr sitis, non acceditis, in Pasca vero licet aliquid patratũ sit, acceditis; ô pręsũptionẽ ò cõsuetudinem, sacrificium frustra quotidianum, incassum

Exod. 20.

assistimus altari; Nullus ei communicetur. Hæc non vt temerè communicemini, dico, sed vt vos dignos reddatis. Nõ es hostiâ dignus vel communione? igitur nec oratione. Hęc dico non vno aut annuo prohibens accessu, sed vos semper ad sancta volens accedere. *Zelando zelatus est* propter plebem domini Chrysostomus dum clamat: O præsumptionem, O consuetudinem. Suggerit non esse temere communicandum, non esse cum aliquid patratum sit, accedendum. Requiritur dignitas per Catachesin, hoc est (si ita loqui fas sit) idoneitas: Ad cænam domini non annuus accessus prohibetur, sed assiduus admonetur. Semper vult Chrysostomus suos ad sancta accedere. Equidem homines quoad εὐχαριστίαν non assiduos, sed assuetos aut assuefactos cuperem. Non enim hodie vel ipsum (*nunc*) vrget εὐχαριστία. Non de tempore, loco, aut persona laboratur. Parabola illa de veste nuptiali huc tibi ingressum non obscurè vetat, donec hanc vestam tibi & contextam & indutam feras. Ne parcas oleo aut operę tuę, expecta, re expecta, fit (si fieri potest) inconsutilis sine scismate, verticolor varijs respersa charismatis, & pietatibus, acu picta, hoc est pia peritia & solertia parata; Huic vesti contexendæ atq; induendæ, non vnus dies aut vnus mensis sufficiet. Mora fit dum agnitioni peccatorum assuatur pœnitentia, pœnitentiæ fides, fidei gratiarum actio, gratiarum actiòni vitæ novitas, vitæ novitati læticia, lætitiæ gaudium pax & spiritus sanctus; sic panem domini sic sanguinem qui ederit aut biberit, quam transubstantiationem nõ contempserit? Quare cum maxima beneficij sui orbitate degunt Christicolę qui vel instar immundorum animalium peccata nunquam revocant aut ruminant, vel instar puerorum Niniveh inter dextram & sinistram non discriminant; vel instar virginũ (de quibus est in Evangelio) lampades non oleo aut lumine instruunt & saginant. Sub lege nemo apparet vacuus coram domino. Offert quisq; hircum, agnum, turturem;

In

In Evangelio affert reatum qui non ſeſe vt hircum agnum aut turturem obtulerit. Hoſtiæ mortuæ animãtes, hoſtiæ vivæ homines ſumus. Hoc ſenſu tunſis pectoribus, flexis genubus, curvatis cervicibus, animabus pulveri atq; pavimento humiliatis, ſiſtamur coram domino hoc ſpiritu tanquam mortui delictis. Non tam mensæ quam miſericordiæ divinæ appropinquamus. Faſtum ſæcularem, faſtidium Phariſæorum deponimus. Inimicitias lites diſſidia, vt dijudicantes corpus domini non vltra exerimus aut exerceamus. Fit periculum ſit reatus, dum inter panem & panem, vinum & vinum diſcrimen non agnoſcitur. Terrificus eſt iſte locus. *Quiſquis ederit panem hunc aut biberit poculum domini indignè reus erit corporis & ſanguinis domini.* Et adhuc. *Si quis eſurit domi edat, ne ad iudicium conveneritis.* Ad hũc auditum quotus eſt quiſq; qui nõ horreat ac metuat? Ad hanc formidinem accedentes diſcedentes quotandem animo vel potius anima eſſe debemus? Siccine ad reatum, ſiccine ad iudicium cõcurritur? quanquam reum corporis domini non vt Chriſticidam ſed nec vt homicidam, neq; vero vt militem ad cuius vulnus è latere domini ſanguis & aqua fluxerant, cæterum vt reum circa corpus & ſanguinem domini interpretemur. Ab inflexibili obiecti dignitate aggravatur delictum non quod ſit inter omnia ſcelera ſupremum, aut reatus ſit eorum qui crucifixerunt, ſed quoniam ne ſit (vt ita dicam) in Categoria peccatorum ſecularũ aut moralium, adeoq; id quod ad ſpectem delicti attinet, eorum delicto affine ſit qui Chriſtum crucifixerunt, nec non acceſſoriè (ſic enim loquuntur legiſperiti) ad crucem domini impegerint, qui male participant. Neq; enim quemquam ex populo eovſq; deſpondere animum patiamur, vt quia hic alliſerit, protinus ſe inferno infernorum dimerſum credat. Quinimo cum conſcientia ſit mille teſtes, erudiatur populus ad omnem ſolertiam vt accedens ad hanc cænam à ſe quiſq; pluſquam ab altero repoſcat, domi intus forum & tribunal

habe-

habeat per cogitationes accusantes aut excusantes, sese vt reum, iudicem, testem, criminatorem, propugnatorem, iudicem atq; (vt cum S. Bernardo loquar) tandem etiam deprecatorem præbeat. *Emundate enim manus ô peccatores, & purificate corda duplices animo, affligite vos & lugete & plorate risus vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem.* Manus sunt, corda sunt, animæ sunt, hypocrises sunt; rubiginis delictorum sunt, quas mundandas & purificandas monet Apostolus. Facta non solum nefaria sed etiam improba, dicta non solum scelesta sed etiam vana, consilia non solum exitialia sed etiam obliqua, discutienda ante hanc cœnam sunt, sed & excutienda & exuenda. dextram innocuam, cor purum, totum te rectum & integrum postulat. Cœlestia pignora, cœlestia fœdera, cœlestes nuptiæ sunt & sacramenta. *Probet seipsum homo vt sic edat.* Sic sic & non secus edat, non nisi post sui bilancem & examen edat de pane isto & de calice bibat. Probet se quisq; an in fide patientia, pœnitentia charitate panem fregerit, viderit de lingua an satis taceat, de oculo an satis ieiunet, de aure an nō malè audiat, vt (quod S. Bernardus solertissime de εὐχαριστίᾳ admonet) si gula sola peccavit, sola quoq; ieiunet, & sufficit; si vero peccaverint & cætera membra cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet oculus à curiosis aspectibus, ieiunet auris nequitèr pruriens à fabulis & rumoribus & quęcunq; otiosa sunt & ad salutem minus pertinentia, ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab invtilibus, vanis, & scurrilibus verbis, interdum quoq; ob gravitatem, silentijs & ab ipsis quæ videri poterunt necessaria; ieiunet manus ab operibus omnibus quæcunq; non sunt imperata, sed multo magis anima ipsa ieiunet à vitijs & propria voluntate sua. Hæc S. Bernardus. Nam quæ S. Pater in quadragesimam, hæc nobis præparanda videntur in εὐχαριστίαν. Omne fermentatum, omne spurcum & virulentum expurgetur atq; exhauriatur. Vox eadem Hebraica quæ inquinatum

ostēn-

ostendit, ostendit etiam hypocritam. Omnem inquinatum dixerit, qui hypocritam dixerit. Inter omnes iniquitates ad ipsam animam penetrans malum & exedens viscera conscientiæ est hypocrisis. Simulavit vsq; ad Baptismum Simon Magus, vsq; ad εὐχαριστίαν Iudas. Scriptum est autem. *Non requiescet virga impietatis in sorte iustorum, ne admoveant iusti iniquitati manus suas.* Psal. 115. Nō est promissa virga terræ in terra Canaā Cananęis, nō miscetur populus Dei gētibus, adeo vt in sacris Dei quę sortes iustorū sunt & nō nisi terra sācta, omnis mala cōmixtio prohibita sit. Nō est serēdus ager mixtim. Nō est texēda & lineis & lanis vestis. Non eodē iugo trahūt bos & asinus. Hæc cū in lege typū habeant, nemo regerit, Fabulę fabulę: sed tamen, figuræ figurę. Nam ager seratur mixtim, vestis induatur lanea & linea, trahāt simul bos & asinus, secernantur modo à bonis mali, neq; vero in sacris Dei (de εὐχαριστία iam loquimur) communicentur. Deut. 22. Dormiētibus hominibus inimicus homo ferit zizania. Plerisq; continua nox est. Quibus Apostolus & dominus Iesus. *Convertimini & evigilate, attēdite. Expergiscere qui dormis. Cavete vigilate.* Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ accensæ, & vos similes hominibus expectantibus dominū suum quando revertatur ad nuptias, vt cum venerit & pulsaverit aperiatis ei. *Beati servi illi quos cum venerit invenerit vigilantes. Amen dico vobis præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis & si venerit in secūda vigilia vel in tertia, atq; ita invenerit, beati servi illi.* Vigilare eos voluit (inquit S. Ambrosius) per omnis expectantes momenta domini servatoris adventum; ne dum aliquis remittit & negligit de die in diem opera sua differens, iudicij futuri die, vel propria morte præventus, meritum suæ commendationis amittat. Aug. Epist. 120. propter decem virgines dormientes, Non placet (inquit) somnus; somnum peccatorum intelligit, Negat enim virgines prudentes tali somnolentia laborare, Itaq; somnum ipsam mortem inter-

Ambr. in Luc.

pretatur, iuxta Poetam: consanguineus lēti sopor. Vt vero neque Augustino arrogem, neq; fratribus (vt de me taceam) derogem, ex parabola 10. dormientium virginum, non tam docemus quam dolemus etiam prudentes qui lampades oleo instructissimos habent, in causa salutis non esse satis vigiles, non nimis attendere, non circumspicere omnia, aliquid non animadvertere, & quemadmodum ille miratur se inter Gothos Gothum non invenisse, sic non minus sit mirum in secunda vel tertia vigilia, neq; inter vigiles vigilem, nec inter virgines virginem reperiri. Sēlus enim est, improvidas hominum mentes futuras ad clangorē tubę & vocem Archangeli. Neq; enim meridie, non hora diei tertia, sed nocte sed medio noctis clamor factus est: Ecce venit sponsus venite obviam ei. Quare ne vt cæterarum iniquitatum sic & læsæ εὐχαριστίας, in adventu æterni sponsi reperiaris reus, iterum & iæpe monitus aerem & bonorum & vitiorum tuorum animadversorem & iudicē præbeas. *Dum iudicamur* (inquit Apostolus) *à Deo corripimur ne cum mundo condemnemur. Et si nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur à domino; eximе idcirco trabem ex oculo tuo*, inspice te corrige & corripe. Charitas incipit à seipsa. Id vbi obtinet valeat in fratres eadem charitas. A ferijs post Sabbathum Paschatis probè atq; opportunè εὐχαριστίας læsæ rationem exigimus. Non est à Paschate à cœlo ad cœnum sed cum domino à vita ad mortem transeundum. Nā vbi Pascha cum discipulis manducasset ad crucem transijt, sed & nobis cum domino Iesu maxime tempest vè ad serias disquisitiones, coercciones, collisiones, transeundum & transmigrandum erit. Quam enim optabile, quam sanctum, quam beatum vt læsæ εὐχαριστίας restaurandæ & recuperādæ insequentes feriæ inserviant? Deprehenditur non nemo particeps elementi, inscius sacramēti: Instruite sedulo. Deprehenditur præoccupatus delicto quod aggravat, vos qui spirituales estis (dum per ferias licet) instaurate. Deprehen-

henditur quem pæniteat delicti, ligate, ſolvite dum viret vulnus. Dant otium feriæ negant hebdomadę. Ne menſa, menſa (inquã) domini fiat in laqueum, ne εὐχαριστία in ſcãdalum, vos qui ſpirituales eſtis, in diebus feriis Paſcalibus, rei patratæ ſupererogandæ, rei ablatæ reſtituendæ, rei læſæ reſarciendæ incumbite. Pauperes feriantur in feriis neq; tamen in vllo videntur crimine, quia iucundi ſunt omnibus: contra iniuria laceſſiti invidia laborant & vt homines peccatores ſunt ſcilicet & vt pauperes in feriis preſertim ingrati ſunt omnibus. Equidem ſatis mirari ſoleo inertiam hominum qui in ea ſunt hæreſi vt quod placatum id non gratum modo ſed & probatum, quod triſte id non ingratum modo ſed & malum credant. Quid eſt vero (vbi cœnam domini contemplamur) vt nullum delictum ponderetur præter invidiam? Toto cœlo erratur. Si enim cum invido latagimus & vſq; ad ſexcuagies ſepties condonet alteri, patum attenditur cum eo agi cuius feſtucam non trabem animadvertimus. Læſus gravibus iniurijs & condonans, næ ille inter eos quos mirifice elegit dominus, numeretur. In maximo interim delicto ſunt qui inferunt iniurias. Hos quam facile falſa lachrymula, quam facilè mæſtitia quam facile modeſtia, adeoq; in diem & horam excuſat? Ambitioſi, rapaces, tumidi avari ſunt homines: Hos ſi neq; prohibueris, neq, admonueris, nihil egeris. Porro hæc cœna humiles ad ſublimitatem ſublimes ad humilitatem evocet, ſed ea lege vt lupos non agnos turbare aquas & fontes aquarum reſciatur. Quare vt Auguſtinus, dum ad philoſophiam Chriſti ſuum Dioſcorum hortatur, negat eam niſi ab his percipi qui poſuerint faſtum humanum & humilitatem induerint: perſimiliter dum per ſacramenta ad omnes pietates omnes & ſingulos cohortamur, negamus eas potari aut hauriri niſi ab his qui (vt cum S. Patre loquar) viam ad Ieſum Chriſtum deum atq; hominem per humilitatem munierint. Ad menſam domini qui accedit, nę ille nó tam

domini corpus quam veſtimentum, nec tam veſtimentum quam veſtimenti fimbriam attingit. Scitè Chryſoſtomus de muliere Cananæa: Chriſtum tangit quæ fide tangit, cui non corpore ſed corde, non dēte, ſed mente, non pede ſed fide eſt appropinquandum. Non ſit inſultus, non impetus ad dominum eundemq; Deum tuum atq; regem vniverſorum (id quod fieri ſolet;) non niſi gradibus atq; greſſibus proſilias. Primus gradus ſit humilitas, ſecundus charitas, tertius pœnitentia & pietas, ex quibus gratiarum actio, fides, vitæ novitas, cęteraq; ineffabilia bona conſequātur. Hi quis det vt ſint fructus εὐχαριστίας? Reliquum eſt feſtum Pentecoſtes, de quo queror irritamentum mali eſſe, quod oporter fieri Spiritus Sancti ſymbolum. Pro linguis diſſectis linguæ clamoſæ & garrulæ, pro vniverſa domo, ideſt (interprete S. Chryſoſtomo,) toto mūdo Sp. ſācto implēdo impletur mūdus incentivis voluptatū. Aperto & apricante ſole cœtus fiunt atq; frequentiæ ad inanitates & vanitates. Ignis & ventus, ſupervenientes Apoſtoli poſt 50. dies à reſurrectione dominica è ſupernis fuerunt: hinc ineffabili ſonitu tibicines Evangelij vſq; ad fines terrarum mittuntur Apoſtoli. Pro his fidulæ benè ſonantes, & ducentes concliones (choros inquam) celebrantur. Falſus opinione arguitur Ioſua. Verè enim vel nunc dicitur. Non eſt vox bellicoſa in caſtris in caſtris (inquam) Pentecoſtes. Vere Moſes deſcendens de monte Sinai; non eſt vox (inquit) reſpon-
Exod. 32. 18 dentium fortiùs ſed nec remiſſiùs ſed reſponſionum, fragorum in quibus viciſſim atq; alternatim reſpondetur.
Pſal. 32. Vocabula Hebraica non illa quidem intelligentèr & peritè pſallentes, ſed ſubalternatim invicemq; ſaltantes deſignant, vt non prorſus aliena ſint à populi rudi Minerva quæ colluſionibus, cachinnis, clamoribus & mutuis ſimulq; elevatis celeuſmatis delectatur. Pſallitur & ſaltatur elegantiùs quam neceſſe eſt probis, luſibus & luxubus indulget populus iuxta ſcriptum illud. *Sederunt ad edendum & bibendum*

dum

dum & surrexerunt adludendum. Hoc autem festo scite Rex Turnus conqueratur Didonem & Æneam tum cum remi impellendi essent, cum vela ventis danda, cum Roma extruenda, *Hymenæa sequutos.* In memoriã Spiritus sancti spiritum extinguimus, carnem coronamus. Amplius quam in nativitate domini in honore sunt iuvenes mulieres pueri. Neq; enim nunc senes suum tempus aut honorem habent non presbyteri, non parentes, non togati, non armati, sed enim psaltriæ procaces, ancillę saltantes, sonantes tripudiantes, amantes, amentes; dum senes quæstui, iuvenes luxui, fœminæ regno suo indulgent, vt olim Caroni ita severo cuiq; & strenuo bellum indicitur. Cum hoc tempus tempus sit abstinentiæ & lachrimarum, quemadmodũ claris viris à ludis scenicis, equestribus certaminibus spectaculis quæ sumptuosa sunt & non nisi inspectante & teste populo fiunt, sic populo à superfluis & superstitiosis lasciviis abstinendum erit. Itane lasciviæ legẽ etiam & religione coluntur? Hinc quæ scandala atq; infortunia oriunda sint, nihil attinet dicere. Supereſt vt ex quibus rebus mundus malus malum & venenum, ex his mundus, bonus vinũ & bonum extugant. Quo fiet, vt alicubi in votis est S. Ambrosio, vt totus mundus è toto mundo feretur. Porro mũdus quia omnia munda, vel per antiphrasin quia in mundo nihil est mundũ sic appelletur. Exeabigitur è mundo mũdus, hoc est boni è malis vel gressibus (vt S. Augustinus) vel moribus, prout monet Paulus Apostolus dicens, *Exite de medio illorum & separamini ab illis, & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos (inquit dominus) eroq; vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios ac filias.* Dicit dominus omnipotens, *Eritis mihi in filios ac filias.* Hæc est enim dignitas nostra hæc hęreditas, hæc beatitas filios Dei vel filias nominari. Cuius beatitatis ea lege atq; omine capaces erimus & compotes qua vel quo à mundo qui immundus est fecerimus & segregemur. Enimvero hoc festum Pentecostes suam pice 2. Cor. 8.

habet. Offensionem (narro) inveni mulierum, puerorum, adolescentum infirmorum. Quamobrem audiamus Apostolum vel potius dominum, audiamus non malè consulentem Tertullianum & quasi optimum dicti dominici & Apostolici interpretem. Nostræ (inquit) cænæ, nostræ nuptiæ nondum sunt. Non possum cum illis discumbere, nec illi nobiscum. Vicibus disposita res est. Nunc illi lætantur, nos conflictamur. Nam his axiomatis dum innititur; *Qui vident nunc lugebunt*, qui lugemus nunc ridebimus, & vices disponit & pensat voluptates. Quæ maior (inquit) voluptas quam fastidium voluptatis, quam veritatis revelatio, tantorum criminum venia, quam conscientia integra, vita sufficiens, quam Dei patris reconciliatio? In his ludos Circenses interpretare, cursus sæculi intuere, metas consummationis expecta, societates Ecclesiarum defende. Ad signum Dei suscitare ad tubam Angeli erigere, ad martyrij palmas gloriare. Si scenicæ doctrinæ nos delectant satis versuum, satis canticorum, nec fabulæ sed veritates; vis & luctatus? Aspice impudicitiam deiectam à charitate, perfidiam à fide, sævitiam à misericordia. In his coronamur. Vis & sanguinis aliquid? Habes Christi. Quale spectaculũ adventus domini in diabolum triumphantis? Quæ illa exultatio Angelorum? Quæ gloria resurgentium Sanctorum? Quale regnum exinde iustorum? Qualis civitas nova Hierusalem? Videbis præsides, philosophos, poetas, tragœdos, historicos non ad Rhadamanthi aut Minois, sed ad inculpati Christi tribunal palpitantes. Hæc Tertul. Voluptati est sancto patri voluptatibus sæcularibus spirituales quasi collatis signis anteponere. *Trahit sua quemq; voluptas*. Sic enim ille. Me mea te tua delectat. Delicatus es (inquit) Christiane si & in sæculo voluptatem concupiscas, immo nimium desipis si hanc existimes voluptatem. Quis vel hæc Tertulliani legens non in amænissima contemplatione versetur vt vnus dies in his contemplationum mysterijs tranſ-

transactus sit vniverso voluptatum ævo anteponendus. Solida cum solidis, dulcia cum suavibus comparentur, cum regno regnum, cum sæculo cœlum, cum ratione veritas, gratia cum natura, cum sensu conscientia, cum amicitia aut amicitijs venia peccatorum, reconciliatio Deo patri & vinculum spiritus conferatur. In his cum non minus solatij quã bonæ spei & præsidij sit, non modo voluntati sed etiam voluptati esse debuerunt. Porro quæ vana sunt & oblectamenta puerorum, vel delramenta senũ, & vt ludibria mũdi huius, facilius reijcimus & aspernamur. Ludos Circenses Scenicas doctrinas, theatricas pompas, nuptias, cænas, coronas, poeses, tragædias, palæstras & perdidit Tertullianus & ad nihilum abolevit. Suus sit cuique integer & illibatus honor. Demus veniam oportet huic Patri si ex alto omne nequam & spurcum, omne frigidum & frivolum despexerit. Habeamus autem gratiam quod pro nuptijs nuptias, pro cœnis cœnas, pro luctis luctas, pro pugnis pugnas, pro coronis coronas dulciores, gratiores, charriores, certiores, meliores deposuerit. Recte ille. Secedant improbi, secernant se à bonis, vnum in locum congregentur. Muris, mœnibus, parietibus improbi à iustis secernendi & segregandi. Hæc ille vt Consul. Id autem quoniam in Christiana rep. non obtinet (Crescunt enim zizania cum tritico vsq; ad messem) cavendum est à scandalo. Immũdities, spurcities, feces, pices, sordes cautè pius quisq; fugiat & oderit. Interim si vt Catoni spectacula per gravitatẽ, si vt Athenæ Aristidi per iustitiam, si vt Hermodoro Ephesus per eminentiam, sic tibi per pietatem cœnæ & scenæ, delitiæ & divitiæ interdicantur, ne graveris. Rectius Chrysostomus contra hæc vana, quam contra illa quę solida mundi supra diximus, citatur. Qui in monte (inquit) ascendit parvas putat esse vrbes & vinos instar formicarum: sic postquam super celsam philosophiam ascenderis parva videbuntur omnia, gloriæ, divitiæ &c. Et rursus. Sicut (inquit)

quit) pueros in subversione lugentes ridemus, sic & ea lites nos hæc ingemiscentes tantum non rident. Verum & deflent quoniam & in misericordia sunt ipsorum viscera. An non præstat (sic enim fere loquitur S. Hieronimus) quantū in nobis situm est, solos è Sodomis liberari, quā cum pereuntibus commorari? Si resurrexistis cum Christo primitias spiritus accepistis, sic fere S. Augustin. His primitijs ùt voluptates omnes anniversariæ non officiunt & obstrepunt? quibus non desunt intervalla & studia per quę sapiunt: studijs atq; intervallis non desunt æmulationes per quas illa conflabellantur, æmulationibus accedunt ira, bilis, furor, inane gaudium immanis hilaritas, immodicæ vel lætitiæ vel mæstitiæ. Hæc cum Christo nato mortuo aut ipso Spiritu conveniunt qui est spiritus pacis fidei spei beatitatis ęternitatis? De corruptelis huius festi plura nō dicam. Detur nihil aliud vigere quam cultum corporis & externi hominis vestem faciem facetias nugas nænias. Nam hæc ipsa quæ leviſſima putātur assuefactione firmata, teste populo frequentata, aspicięte sole exercita, numero amicitijs contubernijs, corroborata, intus foriſq; occlusa & reserata interno homini adeoq; ipsi animæ silētium comminantur atq; sepulchrum. Hos ego ex 4. Psal. satis limatos cuperem, in quo querens est dominus per Prophetam *Quousq; filij hominum gloria mea in ignominiā vertitur, diligitis vanitatē & quæritis mendaciū? scientes quod dominus secrevit* immo vero & arduū secrevit & excellentem *sibi pium. Exaudivit me cum clamarem ad eum.* Nam in hoc festo quod vacuū est & inane diligitur, gloria domini in ignominiam vertitur. כבוד, satis grave & oneroſum est vocabulum. Non enim de inani gloria aut humana cœnodochia agitur, sed de qua est apud Isaiam. *Deus Zelotes ego sum non cedo gloriam meam alteri.* In honorem Dei & sanctæ & individuæ Trinitatis descendit Spiritus Sanctus in Apostolos miraculosiùs: in mundum adundantiùs, universalius, fructuosius. Hunc honorem in igno-

ignominiam vertimus: Quid est enim tam prophanum, tã barbarum, tam omni probro, ac contumeliæ obnoxium atq; expositum, quam tum cum Spiritus sancti dona & bona in maximo honore & vigore haberentur, procaces probrosos, & licet non filios, vt Propheta, extremæ iniquitatis & nequitiæ: tamen filios vacuitatis, atq; inanitatis [Psalm. 25. vers. 2.] coram luce & sole apparere? Nam in contradictorie oppositum eius, in quod tanta celebritas primitus videtur instituta, inscitia hominum & tractu temporum cedere, omni religioni rationiq; reclamitat. Cedit itaq; festum Pentecostes, sicut & cætera, mundo in scandalum. Atq; hæc de 3. festis, Nativitate, Pascate Pentecoste dicta sint: Quæ ne quis forte miretur scandala parere, desierit mirari, cum non sit dissimulandum eo vecordiæ processum iri, vt æstas hyems dies nox cæteræq; creaturæ ad malum ducant. Ad fervorem æstatis furit adulter, ad algorem hyemis torpet piger, dies sit serenus & luditur sit procellosus & lęditur: Qui dormiunt (inquit Paulus) nocte dormiunt: & qui sunt ebrij, nocte sunt ebrij: res creatæ, in ansam luxuriæ cedunt. Quocirca cũ hoc cœlo, quod videmus, cum terra mariq; tempus (vt est apud Iohãnem) nox dies omnesq; res creatæ propter homines peribunt: vt quemadmodum hominibus per peccata, sic & ipsis suo quodam iure per scandala pereundum sit. In quibus cum nihil insit nequitiæ quid tãm anxiũ tã sollicitũ, tã exercitũ fuerit quã vbi recognoscitur, preter omnes res creatas, quæ sensum non habẽt, Animantes (quibus secundũ Paulũ gemitus, spes solicita expectatio vanitatis obsequium corruptio liberatio tribuuntur) parturire nobiscum peccata vsq; ad mensem, idest, vsq; ad consummationem sæculi. Atq; hęc sunt quæ de scandalo mihi dicenda fuerunt.

Quamobrem vt idem sit exorsus & finis huius sermonis *ve* mundo à scandalis: *ve* nisi cautè in mundo incesseris; Cum non pietate solum sed & solertia homo indigeat: qua

cum inter bona & mala, tum in ipsis malis inter simplicia & colligata atq; implicata peccata secernatur. Esca vestis locus tempus persona magnam vim habent & magnam in vtráq; partẽ, vt hi in melius isti in peius profecerint. Quæ cum catena & quodam quasi nexu causarum mũdum hominesq; in interitũ demerserint, ex mundo autem migrãdum non sit ante ævum vel nostrum vel vniversorũ; vt interim sanctissime Bernardus, mortem tuam, mortem mundi, mortem Christi optimas contra iniquitates medicinas præstruxerit: beatissime in domini nostri Iesu Christi sensũ precemve Ioh. 17. anima Christiana inciderit, dum neq; è mundo nos esse intelligatur. & tamen non vt è mundo tollamur, sed vt à malo servemur, comprecamur. Scite Seneca, qui odit malos odit omnes; & sanctè August. non

Amb. de fuga sæcul. cap 4.

gressibus, sed moribus: & haud scio an nõ sanctius Ambros. gloriosa hæc fuga est, fugere à facie peccati. A peccato fugeris vt Iacob ab Esau, Moses à Pharaone; David à Saul & Absalon. Arctius vrget Apost. & instat & non omnino à malis, alioqui oportet ex hoc mũdo exijsse. Typus porro Sãctorum Dei sit Israel, dũ Cananæos Hittheos Perizeos, perpetuos & individuos comites, perpetuas spinas & aculeos habuerit. Vt perpetua bella cum Amalechitis, & perpetuæ inimicitiæ cum Cananæis, sic perpetuæ cautelæ cum zizanijs mundi huius sunt futuræ. Esse inquit Bernardus bonum inter malos, tantæ virtutis quantæ difficultatis. Quale est tangere picem & non inquinari, in igne sine læsione versari, in tenebris absq; caligine: Sic Israelitæ cum Ægyptijs: David cũ habitatoribus Chedar. Sufficiebat tibi apud Cluniacenses innocentia, cum innocente innocens eris: Apud Rothomagenses patientia; nec solum patientia, quæ nesciat vinci à malo, sed & ea sit quæ vincat in bono malum. Verum gerit hæc S. Bern. cohortatio gravida è multis axiomatis & optimis principijs, quibus christiana mens innitatur. Qui tangit picem inqui-

1. Cor. 5.

Bern. Epist 353.

habitur. Eccl. 13. Qui incedit super prunas, pedes eius aduruntur: sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, Prov. 6. Caligo super Ægyptum 3. diebus vt quisq; proximum suum non videret: Israelis autem lux fuit Exod. 10. Hei mihi quod incolatus meus cũ Meshak & habitatoribus Chedar. Psal. 120. cum innocente innocens eris, Psal. 18. Ne vincaris à malo sed vince bono malum. Rom. 12. Servum Dom: non oportet pugnare sed placidum esse erga omnes tolerantẽ malos cũ mansuetudine, 2. Tim. 2. hæc Bernard. ad suum Cluniacẽsem; qui, quod de plantulis summovendis fieri solet, novæ terræ Rothomagę inseritur. Vt nó personas sic nec loca respicit deus, nisi forte hoc interfit cõiam quo plures alicubi & affluentiores sint, eo inquinatiores & nequiores: Quo pauciores, & indigentiores, eo defecatiores & meliores; vt ipsi sæculo mortale omen invstum sit cum loca parva magnis, sterilia fæcundis, orbata frequentatis, ædes vrbibus, vrbes regionibus regiones Regnis, (scite adhuc Ber. Qui bene latuit bene vixit) pietate fide integritate præponderentur. Multiplicatis filijs Adam multiplicata est malitia super terrã: vt eorum multi sũt, sic prævaricati sũt cõtra me (dicit Dominus) lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi liberi desertæ magis quam eius quæ habet virũ. Hæc Paulus, hæc Isaias. Plures peperit Sarah quam Hagar, mons Sion quam mons Sinai, Hierusalem quæ sursum est quæ est mater omnium nostrum, quam terrestris Hierusalem. Hæc Hierusalem partim in cœlis triumphans, partim in terris militans est, vtraq; vna erit consortio ęternitatis, vt nunc vna est vinculo charitatis. Hæc est illa mater nostra cuius fœtu teste Cypriano nascimur, cuius lacte nutrimur, cuius spiritu animamur. Sub hac vna familia vna civitas, vnum corpus sumus omnes, & *alij pro alijs vt membra sollicitudines gerimus*, vt homines hominibus, sic regna regnis cõgaudiant & condoleant. Anglia non inicia fœderis nullam Hos. 4. 1. Cor. 12.

gentem barbaram, nullam excommunicatam aut anathematizatam putet. Sunt regna super quę regnat Turca, sunt quę regit Papa. Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Cõmiserearmur censeo interim grata de fide & integra religione, infidelibus procul dissitis & explosis hæreticis, quòd propitio Deo ac domino suo cohæserit Anglia; sermones dominicos sensus Evãgelicos dogmata ortho doxa post holocausta, post ignita scilicet morticinia, vel potius martyria didicimus, arripuimus, hausimus, vbi duobus maximis beneficijs vno impetu, tranquillitate pacis, & luce veritatis perfueremur, altera (sit Deo gratia & gloria) adhuc fruimur, alteram secundum vaticinium domini de fine mundi, (id quod mihi religio fuit) præcedens pagella vtcunq; rettulit. Bella non tam privata, quam Anglis cum alijs gentibus communia interturbant; Angliæ sicut & ceteris gentibus imminent bella, horrida bella: fames, pestes partim invaluerunt, partim impendent & recrudescunt. Reliquum est vt quod dominus Petro suggerit (*tu conversus confirma fratres*) id quisq; qui cum imperio & magisterio est, sibi dictũ putet. Quis det vt gladiarij, clavigeri sese (absit inflatio) & Petros & Papas credant, vt a deo edocti verbo, cibo, exemplo cum Ecclesiam tum remp. & regant & pascant, vt quas ærumnas terra hęc ex malis exemplis adeoq; ex datis & acceptis scandalis iam antea perpessa sit, eas ex optimis exemplis, optimis institutis, optimis moribus eorum quibus commissa est, sanet penset & redintegret. Porro sensit nuper Anglia ex aliquot Anglorum privata miseria, vniversorum autem publico dolore, vbi iniquè agitur & dicitur, (*Nos numeri sumus*) (*Nos decet arma vires*) (*Experiamur quid possit vivida virtus*) quales contagiones quantæ atrocitates, quam sollicitæ anxietates insequerentur. Ex quibus si vincula, mœsticiæ, mortes tam formidolosę sint, quę sunt tandem illę formidines, quas carceres invisibiles, mœrores perpetui, mortes duæ animis mortalium,

inferre, inijcere, incutere poſſint ſoleant, debeant? ecce, carcer, latomiæ, tenebrę, fletus & ſtridor dentium, ignis inextinguibilis, vermis nunquam moriturus. Ignis eſt (inquit Ambroſ.) quem generat mæſticia delictorum, vermis eſt eò quod irrationabilia animę peccata mentem rei ſenſumq; compungant, quædā etiā exedant viſcera conſcientię quę tanquam vermes ex vnoquoq; naſcuntur, tāquam ex corpore peccatoris; ſtridor quoq; dētium eſt, eo quod ſero vnūquemq; pæniteat, ſerò ingemiſcāt, ſerò iraſcantur ſibi quod tam pervicaci improbitate deliquerint. Quæ igitur res eſt, quæ ſpes, quod animi ſolatium? cum peccata peccatis immiſcendo & poſt hanc vitam de fletu & ſtridore dentium periclitetur, atq; interim ira domini, in diem furoris excandeſcentiæ eius inflammetur. *Dies buccinæ & claſſici ſuper ciuitates munitas, & turres excelſas &c.* Eſt hic dies, dies buccinæ & claſſici, dies excandeſcentiæ domini ſuper regna ciuitates, homines, vt vt inſaniunt homines certatim & catervatim in exitium concurrentes & corruentes. *Væ qui iniquitatem funibus vanis & peccatum velut nexibus plauſtri protrudunt?* qui dicunt, *Accedat, feſtinet opus ſuum vt videamus, appropinquet & veniat conſilium Sancti Iſraelis* vt experiamur. *Væ deſiderantibus diem domini. Ad quid enim peroptatis diem domini? Is enim tenebræ, & non lux.* Vanis iniqua ſuſtinentur, & non ſecus quam funibus & plauſtris à peccatis quæ prævalent, inſcia delicta tanquam in triumphum aguntur: perinde quaſi accumulando iniquitates, theſaurizando iram in diem iræ, accreſcentibus in dies mundo ſcandalis, non ad vltimam vltionem tenetur dominus; cui ſit honor & pavor, *Amēn.*

FINIS.

BRITISH MUSEUM